


BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVI
F
8
NAPOLI

SACRA RITUUM

CONGREGATIONE

Eĩo, & Rĩo Dño Cardinali

PORTOCARRERO.

MAJORICEN.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

ALPHONSI RODRIGUEZ


Coadjutoris Temporalis Formati Soc. Jesu.

NOVISSIMA

POSITIO

SUPER DUBIO

An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate in Deum, & Proximum, ac de Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico in casu, & ad effectum, de quo agitur.





ROMÆ, MDCCLX.

Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ.



MAJORICEN.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

ALPHONSI RODRIGUEZ

Coadjutoris Temporalis Formati Societatis Jesu.

FACTUM CONCORDATUM.

1 Ostquam Ven. Dei Servus ALPHONSUS RODRIGUEZ Coadjutor Temporalis Formatus Societatis Jesu, insigni relictâ Sanctitatis opinione, ad Superos evolavit *die* 31. *Octobris* 1617., eâdem Sanctitatis, & Miraculorum famâ in dies magis percrebrescente, duo constructi fuerunt Ordinaria auctoritate Processus ab anno 1618. ad 1620., alter nimirum in Civitate Segobiensi, ubi natus, alter in Civitate Majoricensi, ubi diem clausit extremum. His ad Urbem delatis, consignatisque in Actis Sacræ Congregationis sub *die* 19. *Novembris* 1622., remissisque de more ejus temporis, ad cl: me: Cardinalem Sacratum *ad referendum*; eo interim defuncto, & in ejus locum cl: me: Cardinali Boncompagno sub *die* 10. *Februarii* 1624. subrogato, ipso referente sub *die* 22. *Martii* 1625. Sacræ Congregationis rescriptum prodiit, *satis esse ad examinandos Testes auctoritate Apostolicâ*.

2 Signata est itaque per sa: me: Urbanum VIII. Commissio Introductionis Causæ, eaque in actis producta *die* 20. *Decembris* 1625., & juxta tunc vigentem praxim, directa tribus antiquioribus Romanæ Rotæ Auditoribus, Joanni Baptistæ Coccino Decano, Alphonso Manzanedo de Quiñones Patriarchæ Jerosolymitano dictæ Rotæ Locumtenenti, & Philippo Pirovano ejusdem Rotæ Auditori; a quibus, post expletam per examen Testium in Urbe Apostolicâ auctoritate Inquisitionem super fama Sanctitatis in genere *die* 31. *Julii* 1626., relatæ postmodùm fuerunt sub *die* 31. *Octobris ejusdem anni* Remissoriales, & Compulsoriales Literæ pro binis construendis *Apostolica auctoritate Processibus* super Virtutibus, & Miraculis *in specie* dicti Ven. Dei Famuli.

3 His autem binis Processibus in specie, altero in Civitate Segobiensi, & altero in Majoricensi Apostolicâ auctoritate constructis, & ad Urbem remissis, & in Actis Sacræ Congregationis respectivè consignatis, altero nempe Majoricensi sub *die* 23. *Augusti* 1628., & altero Segobiensi sub *die* 14. *Junii* 1630., supervenientibus deinde ulterioribus Decretis generalibus ejusdem sa:me: Urbani VIII., Causa siluit usque ad annum 1652.

4 In locum siquidem cl: me: Cardinalis Boncompagni dudùm prædefuncti subrogato in hujus Causæ relatorem cl: me: Cardinali Franciotto *die* 23. *Martii dicti anni* 1652., & proposita instantia pro Commissione reassumptionis Causæ *die* 20. *Aprilis* 1652. eadem remissa fuit *ad Congregationem Præparatoriam*, & rursus *die* 28. *Augusti* 1655. *ad Congregationem coram SSmo*.

5 E' vivis interim erepto bo: me: Cardinali Franciotto Ponente, Sacra Congregatio *die* 6. *Maji* 1673. censuit deputari posse in ejus locum Cardina-

lem de Maximis, si SSmo visum fuisset, & Sanctitas Sua benigne annuit *die 17. ejusdem mensis, & anni.*
6 Quia verò non satis constare visum est de Servi Dei non cultu, a nuperis Urbani VIII. Decretis præscripto; Sac. Congregatio, ad quamcumque præcidendam dubietatem, *die 17. Junii 1673.* necessarias, & opportunas impertita fuit facultates Episcopo Majoricen, eique per epistolam commisit, ut Apostolica authoritate sibi delegata, adhibitisque Notario, & Testibus, Sepulchrum, & Cubiculum Servi Dei inviseret, nec non alias d. Civitatis Majoricen. lustraret Ecclesias, & si quæ in dd. locis adhuc extarent vetiti cultus signa, diligenter referret; Eandemque delegationem ratam habuit SSmus *die 28. Junii 1673.*
7 In locum interim defuncti dicti Cardinalis de Maximis, Sacra Congregatio *die 15. Februarii 1684.* censuit subrogari posse in Causæ Relatorem Cardinalem Columnam, annuente Sanctissimo *die prima Martii ejusdem anni 1684.*
8 Cum ex relatione Episcopi Majoricen. compertum fuerit, nullum adesse cultum nec circa Sepulchrum, nec circa Imagines dicti Ven. Dei Famuli; Idcirco iterùm proposita Causa, & facta per dictum Cardinalem Columnam de prædictis distincta relatione, Sacra Congregatio, omnibus maturè discussis, auditoque in voce, & in scriptis Fidei Promotore, censuit *die 23. Septembris 1684. posse admitti, & signari manu SSmi Commissionem reassumptionis Causæ in statu, & terminis, in quibus reperitur*; & Summus Pontifex Ven. Innocentius XI. benignè annuit, & propriâ manu Commissionem signavit *die 18. Decembris ejusdem anni 1684.*
9 Post signatam Commissionem reassumptionis Causæ in statu, & terminis, de quibus supra, eadem Sacra Congregatio *die 10 Februarii 1685.* censuit posse committi Cardinali Urbis Vicario confectionem hic in Urbe Processus particularis *super non cultu*, pro quo terminum sex mensium assignavit, annuente SSmo *die 24. ejusdem mensis*; qui deinde terminus, referente cl: me: Cardinali de Lauræa pro D. Cardinali Columna, fuit prorogatus usque ad annum, ex Decreto *diei 15. Septembris dicti anni 1685.* annuente SSmo *die 24. ejusdem mensis, & anni.*
10 Completo autem dicto Processu, & in Actis Sacræ Congregationis exhibito clauso, & sigillato; eadem Sacra Congregatio *die 20. Julii 1686.* ad relationem dicti Cardinalis de Lauræa pro D. Cardinali Columna, censuit fer: fer: aperiri posse, & SSmus annuit *die 7. Augusti ejusdem anni.*
11 *Die 25. Januarii 1687.* Proposito per Cardinalem Columnam in Sac: Congregatione Dubio = *An sententia Emi D. Cardinalis Urbis Vicarii super non cultu lata, sit confirmanda &c.*, eadem Sacra Congregatio, audito etiam in voce, & in scriptis Fidei Promotore, censuit *esse confirmandam*, annuente SSmo *die 3. Februarii ejusdem anni 1687.*
12 Propositum deinde fuit per eundem Cardinalem Columnam *die 24. Januarii 1688.* in Sacra Congregatione Ordinaria, & absque interventu Consultorum ex dispensatione Apostolica, Dubium = *An constet de validitate Processuum Remissorialium, & Compulsorialium Majoricen, & Segobien in specie, & an Testes sint ritè, & rectè examinati, & Jura legitimè compulsata &c.*; & Sacra eadem Congregatio, audito etiam voce, & scripto Promotore Fidei, rescribendum censuit *Constare*, & SSmus annuit *die 27. dicti mensis, & anni.*
13 Defuncto Cardinali Columna, fa: me: Innocentius XII. *die 30. Januarii 1692.* in ejus locum Cardinalem de Abdua subrogavit, cui deinde Sacra Congregatio *die 3. Septembris 1695.* facultatem commisit deputandi
Con-

Consultores Theologos sibi benevisos pro revisione Opusculi manuscripti per dictum Dei Famulum exarati, cui titulus est = *Memoria aliquarum rerum &c.*, & compulsati in Processu Apostolico Majoricensi, & Sanctitas Sua benignè annuit, *die 28. ejusdem mensis, & anni*.

14 Eodem Cardinali de Abdua deinde absente, idem sa: me: Innocentius XII., durante illius absentia, *die 19. Octobris 1697.* in Ponentem substituit Cardinalem Duratium; ad quem pariter Sacra Congregatio sub *die 14. Decembris ejusdem anni 1697.* eandem ut supra facultatem extendit Theologos sibi bene visos deputandi pro revisione, & examine præfati Opusculi manuscripti dicti Ven. Dei Famuli, annuente SSmo *die 28. dicti mensis Decembris 1697.*

15 *Die* verò *4. Februarii* 1702. Summus Pontifex Clemens XI., attento consensu dicti Cardinalis Duratii dudùm ab Urbe absentis, in Causæ Relatorem subrogavit Cardinalem Gabriellium cum omnibus, & singulis facultatibus necessariis, & opportunis, Factaque per ipsum in Congregatione *diei 21. Maji 1705.* relatione dicti *Opusculi*, nempè *relationis Conscientiæ Servi Dei*, cum tunc Sacra Congregatio respondisset = *Dilata* = iterùm factâ relatione *die 19. Januarii 1709.*, eadem Sacra Congregatio censuit *posse procedi ad ulteriora, reservato tamen examine in discussione Dubii super Virtutibus*, & SSmus annuit *die 26. dicti mensis, & anni* 1709.

16 Cum autem ex Dictis nonnullorum Testium receptorum in Processibus apparerer, quod Servus Dei, ultra dictam relationem propriæ conscientiæ, scripserit etiam alia quædam opuscula, & epistolas; hinc Sacra Congregatio *die 15. Februarii* 1710. Postulatoribus instantibus, & audito etiam D. Prospero Lambertino tunc Fidei Promotoris Coadjutore, rescribendum censuit, pro facultate perquirendi dicta alia Opuscula, & Epistolas, juxtà Instructionem; annuente SSmo *die prima Martii ejusdem anni* 1710.

17 E' vivis interìm erepto cl: me: Cardinali Gabriellio, idem Pontifex Clemens XI. *die 12. Augusti 1712.* in Causæ Ponentem Cardinalem Ptolomæum subrogavit cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis.

18 Quia verò præfata perquisitio aliorum Opusculorum, & Manuscriptorum Servi Dei usque à *die 15. Februarii* 1710. ut supra, commissa Episcopo Majoricen, adhuc expleri per ipsum non potuit, Sacra Congregatio, instantibus Postulatoribus, *die prima Julii 1713.*, annuente SSmo *die 20.* eandem perquisitionem benignè commisit Vicario Generali Majoricen unà cum duabus Dignitatibus, seu Canonicis exequendam; & de his per Epistolam, datam *die 20. Julii 1713.*, Episcopum Majoricensem certiorem esse voluit.

19 Constructo autem, in vim iteratæ ejusmodi Commissionis, ab eodem Episcopo Majoricensi particulari Processu pro reperiendis Opusculis, & Manuscriptis Servi Dei, eoque clauso, & sigillato in Actis Sacræ Congregationis exhibito, & fer. fer. aperto *die 24. Novembris 1714.*, annuente SSmo *die 5. Januarii 1715.*, eodemque ad examinandum commisso *die 19. ejusdem mensis* Cardinali Ptolomæo Ponenti, consueta cum facultate deputandi unum, seu plures Theologos Revisores, eodem annuente SSmo *die 9. Februarii 1715.*, tandem in Congregatione Ordinaria *diei 12. Junii 1717.* facta est, per eundem Cardinalem Ponentem, plena relatio omnium scriptorum contentorum in præfato Processu; & Sacra Congregatio rescribendum censuit = *Procedi posse ad ulteriora*; quod Rescriptum Sanctitas Sua *die 10. Julii ejusdem anni 1717.* benignè approbavit.

20 Post hæc reperto in Actis Sacræ Congregationis originali Processu Ordinaria auctoritate usque ab anno 1618. constructo in Civitate Majoricen super-

per Sanctitate vitæ, & Virtutibus Ven. Dei Famuli, eoque formiter recognito ex Decreto *diei* 13. *Maji* 1719. annuente SSmo *die* 17. *ejusdem mensis*, petita fuit a Postulatoribus Apostolica dispensatio, ut de Processuum Ordinaria auctoritate constructorum validitate agi posset in Sacrorum Rituum Congregatione Ordinaria absque interventu Consultorum, cui quidem instantiæ *die* 2. *Martii* 1720. annui posse respondit Sacra Congregatio, & Congregationis sensum Sanctitas Sua benignè approbavit *die* 20. *Aprilis ejusdem anni* 1720.

21 Proposito itaque, ex hujusmodi dispensatione Apostolica, per cl: me: Cardinalem Ptolomæum Relatorem in Congregatione Ordinaria *diei* 14. *Decembris ejusdem anni* 1720. Dubio = *An constet de validitate Processuum auctoritate Ordinaria Majorica ab anno* 1618. *ad* 1620., *& Segobiæ eodem anno* 1618. *respectivè constructorum*, *Testes sint ritè*, *& rectè examinati*, *ac Jura legitimè compulsata in casu &c.*, Sacra Congregatio, audito etiam tàm in voce, quàm in scriptis R. P. Prospero de Lambertinis tunc Fidei Promotore, rescribendum censuit = *Constare de validitate Processuum*, *non autem de legitima Jurium compulsatione*; & SSmus annuit *die* 18. *ejusdem mensis*, *& anni*.

22 *Die* 14. *Augusti* 1729. Summus Pontifex Benedictus XIII. in locum Cardinalis Ptolomæi defuncti, in Causæ Ponentem subrogavit cl. me. Cardinalem Cybo.

23 Cumque jam Causa esset in statu, ut dubium discuti posset super *Relevantia* Processuum tàm Ordinariâ, quàm Apostolicâ auctoritate constructorum, quorum omnium *validitas* erat formiter in Sacra Congregatione jam discussa, & probata; ideo ex Oraculo sa: me: Clementis XII. habita fuit in Ædibus præmemorati Cardinalis Cybo *prima Congregatio*, quæ dicitur *Antipræparatoria*, super examine *Virtutum* tàm *Theologalium*, quàm *Cardinalium* dicti Ven. Servi Dei, *sub die* 7. *Decembris* 1734.

24 Et quia post hæc, dictus cl. me. Cardinalis Cybo vitam cum morte commutavit, sa. me. Benedictus XIV. usque à *die* 20. *Novembris* 1743. me ejus loco in hujus Causæ Relatorem benignè deputavit, cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis.

25 Tandem post lapsum annorum 23. altera *Congregatio*, quæ *Præparatoria* dicitur, eodem annuente sa. me. Benedicto XIV., habita fuit in Palatio Quirinali Apostolico *die* 13. *Septembris* 1757.

26 Cumque modo nonnisi *Congregatio Generalis* habenda supersit coràm SANCTITATE VESTRA; ideo, ad supplices Postulatorum preces, infrascriptum subscripsi *Dubium*, cum R. P. Fidei Promotore jam concordatum, & in eadem Generali Congregatione discutiendum = *An constet de Virtutibus Theologalibus*, *Fide*, *Spe*, *& Charitate in Deum*, *& Proximum*; *ac de Cardinalibus Prudentia*, *Justitia*, *Fortitudine*, *ac Temperantia*, *earumque annexis*, *in gradu heroico*, *in casu*, *& ad effectum*, *de quo agitur*.

Fr. J. Card. Portocarrero Ponens.

MAJORICEN.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

ALPHONSI RODRIGUEZ

Coadjutoris Formati Societatis Jesu.

NOVISSIMÆ

ANIMADVERSIONES

R. P. FIDEI PROMOTORIS

SUPER DUBIO

An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate in Deum, & Proximum, & Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, ac Temperantia, earumque annexis in gradu heroico, in casu, & ad effectum, de quo agitur.

BEATISSIME PATER.

1 
ANCTIMONIA Vitæ Ven. ALPHONSI RODRIGUEZ eò præclarior & illustrior visa est plerisque amplissimis Patribus Suffragantibus in Congregatione Præparatoria *diei* 13. *Septembris* 1757., quò impensior, & solertior fuit industria Postulatorum demonstrandi petitis undique Probationibus, & argumentis, Dei Servum, post exactum 45. annorum laudabilem cursum in SOCIETATE JESU, sancto fine in illius Castris stipendia tandem confecisse. Pro ritè illi decernendo sublimi Altarium honore, iidem Postulatores à consueto, & in aliis Caussis teri solito calle tantisper deflectentes, factum satis putarunt, si strenuum, & impigrum Nobis exhiberent dictæ Societatis Temporalem formatum Coadjutorem, nedùm perfectè adimplentem quæ sunt *de præcepto Regulæ*, sed etiam cumulatè obeuntem quæ sunt *de consilio*, modo excellenti, & aliis benè moratis Coadjutoribus non communi.

2 Hujusmodi defensionis benè inita ratio, nè qua parte nutet, desiderari apud aliquem visum est primo loco validius munimen probationum quoad gradum heroicitatis virtutum ejusdem Ven. Servi Dei; quas licèt concedamus esse debere conformes, & proportionatas statui *simplicis Coadjutoris*, debent tamen attingere supremum apicem perfectionis, & longè eos antecellere, qui incedentes lentiori gradu, sublimem, & arduum heroicitatis scopum non attingunt. Idque eò evidentiùs demonstrari desiderabatur pro

ultimis 45. annis ab eo traductis in Societate Jesu, quia si repetatur vita acta in Sæculo usque *ad* 31. *vel* 32. ætatis annum, non solùm deest castigatissimæ vitæ innocentia, sed multa deprehenduntur peccata, ob quæ Dei Servus ab accepta justificationis gratia pluriès exciderit, uti ex ipsis ejus verbis desumitur, relatis in secundæ Positionis *Summ. pag.* 21. *§. & de facto proprio, & seq.*, ubi = *lo toccò Iddio con alcuni travagli, con essi destandolo al conoscimento della sua mala vita &c., immemore di Dio, e del negozio dell' eterna salvazione; & in primo Summ. num.* 30. *pag.* 252. *§.* 550, ubi de se memorat = *quando mortaliter peccabat; & pag.* 151. *§.* 2., ubi quod *offendisset Deum suum; & §.* 526., ubi quòd aliquando etiam dubitavit, *an esset excommunicatus, nec nè, propter vitam præteritam, & an incidisset in aliquas censuras.* Qui ergo, teste D. Gregorio, in prima, & secunda vigilia, hoc est in adolescentia, vel juventute vigilare noluit, debet clarè probari, quod tertiæ vigiliæ, idest senectutis remedia non amiserit; quodque perfectâ motus charitate, tantò sibi majora comparaverit lucra per pœnitentiam, quantò graviora sibi intulit damna per culpam; juxta ea, quæ fusiùs, ac doctissimè explicat SSmus *lib.* 3. *cap.* 39. *num.* 5., ibi = *Palam fit, non modò opportunum, sed necessarium esse in examinandis Gestis Servorum Dei, qui ante suam ad Deum conversionem fuerunt peccatorum sordibus inquinati, eorum notitiam habere, ut dignosci possit, an, & quos fructus fecerint pœnitentiæ, an dignos, an heroicos, & quanto tempore in eo felici statu pœnitentiæ permanserint;* & infra = *Ideo ubi casus contingat, unusquisque in Causa suffragaturus, perpenso antecedentis vitæ Servi Dei cursu, videre debebit, an vel diuturni ratione temporis, quo heroicè vixit, vel ratione qualitatis actuum, quos breviori tempore exercuit, ille inter heroas possit adscribi, & inter Sanctos in Ecclesia colendos recenseri.*

3 Negocium porrò plenum aleæ iisdem illis Rmis Suffragantibus videbatur, hanc probationem eruere ex ore Servi Dei, qui raro, & nusquam hactenus audito exemplo asserit, se supernarum visionum consolatione recreatum eo quoque tempore, quo adhuc erat in Sæculo conspersus Mundano pulvere, & dum adhuc versabatur in limine propriæ conversionis *Sum. num.* 30. *§.* 5. *& seq.* Nec tutò oppignorari posset fides dictis illius, qui se prædicat intimo contritionis sensu perculsum, & *lectum suum amarissimè rigantem ad instar alterius David*; nisi hujus solemnis conversionis aliunde petantur argumenta.

4 Postulatores visi sunt jacere fundamenta hujus Probationis in conspicuo numero Testium erutorum ex quatuor Processibus, & collectivè attingentium numerum 211., At secretis ex hoc numero Testibus 62., qui deponunt super Miraculis, secretisque aliis, qui deponunt super recognitione characteris, & super fama Testium, secretisque etiam aliis, qui non duplicem, sed unicam repræsentant Personam, utpote examinati in Ordinario, & repetiti in Apostolico Processu, Testes ad faciendam probationem sæpissimè, & pro opportunitate rerum narratarum usurpati in Elencho, numerum *quindecim*, aut 16. circiter non excedunt; iique (quod nonnullis displicuit) non allegantur juxta ordinem, aut designationem loci obtenti in eodem Catalogo. Insuper in Summariolo uniuscujusque capitis præfati Elenchi perstringuntur in epitomem varii & inter sese prorsus diversi actus virtutum, sed aliquando (ut notarunt aliqui ex iisdem Patribus suffragantibus) Testes industri, solertique labore inferiùs allegati, probant quidem aliquos, sed non omnes actus in eodem Summariolo propositos, itaut deesse videatur singulorum actuum probatio per Testes omninò inter sese contestes.

5 Insuper minùs vera visa est assertio, quòd non desint Testes *de visu* per diutur-

turnum tempus annorum *triginta*, & quandoque *quadraginta*; siquidem benè rimatâ, & benè per partes discretâ singulorum Testium qualitate, constitit, eos ab annis 30. vel 40. novisse quidem Servum Dei; sed factâ temporis debitâ subductione, eos versatos fuisse cum illo ad solos *decem*, *duodecim*, vel *quindecim* annos, ut clarè constat ex lectura examinis singulorum, in quo recensetur & tempus initæ amicitiæ, & tempus acti contubernii cum Servo Dei.

6 At graviori longè formidine renovata est in postrema Congregatione animadversio aliàs facta, quod nempe aliqui Testes frequentiùs adhibiti in Elencho, & majori in æstimatione habiti à Postulatoribus, priùs rimaverint, & fidelibus oculis per partes expenderint Relationem Conscientiæ Ven. Alphonsi, in qua tota patet series, anteactæ vitæ, imò ipsæ patent cogitationes, & penitiores animi recessus. Aliàs formido incessit amplissimos PP. Suffragantes, quòd hi Testes instructi ex hac lectura priùs biberint, quæ postea in depositione, eructarunt; ideoque non temerè dubitari potuerit, quòd Servus Dei, per hunc vitiosum circulum, testimonium pro se ipso perhibuerit.

7 Objecto ut opportunè occurrerent Postulatores, reposuerunt quod dicti qualificati Testes non unam allegarunt causam scientiæ elicitam *ex lectura Relationis*, sed etiam causam elicitam *ex inspectione oculari*; ideoque benè compati possit, ut hæc ipsa, quæ legerunt in scripto à Servo Dei exarato, viderint etiam propriis oculis, & tanquam Testes *de visu* deposuerint: duplex enim causa scientiæ ita videtur accipienda, ut congrua congruis referantur.

8 At responsioni non omninò acquieverunt solertissimi Patres; *Primò*, quia ex causa *mixta* scientiæ pluriès allegatâ à Testibus in fine depositionis, & complexivè informante totum examen, non benè secerni possunt actus virtutum, quos Testes viderunt, & quos respectivè perceperunt ex prævia lectura Redditionis rationis. *Secundò*, quia hæc exceptio ferit præ cæteris Confessarios, qui primas partes agunt in Elencho Probationum, quique frequentissimè usurpantur à Postulatoribus ad probandum unum, vel alterum actum virtutis proportionatæ statui Coadjutoris Temporalis Societatis Jesu supra communem, & usitatum morem aliorum Coadjutorum. Fatetur primo loco P. Joannes Torrens, unus ex Confessariis Servi Dei ad plures annos, quòd præclariora gesta Vitæ Ven. Alphonsi sepulta perpetuò fuissent ignorantiæ tenebris, nisi idem Alphonsus, se Confessario hortante, & urgente, ea scriptis ad aliorum notitiam consignasset. *Mihi visum fuit* (inquit ille *Sum. pag.* 117. §.2. *& seq.*) *quod tenebar ordinare dicto Fr. Alphonso, quod relationem Conscientiæ, quam dictus Fr. Alphonsus solebat dare, sicut dant omnes alii verbo, quod ipse illam daret in scriptis saltèm bis quolibet anno, & propter hanc causam remansit de illius rebus notitia minutim à decem seu duodecim annis citra in scriptis, ac etiam de illis notabilioribus concernentibus ad illius vitam, quæ antea gesta fuerant &c.* Hæc ultima verba non immeritò suspicionem ingerunt judicanti, quod ideo *res notabiliores* narratæ sint à Testibus, quia Testes à Relatione didicerint. Augetque hanc formidinem stylus ab eodem Teste cautè adhibitus; ipse enim in toto ferè contextu suæ depositionis unum vel alterum exhibet actum virtutis, nempe humilitatem, odium deliciarum, charitatem erga Deum, patientiam in adversis, cordis illustrationem, timorem filialem, continuam Dei præsentiam, detestationem, & horrorem etiam umbræ peccati, aliaque id genus; penitusque reticitâ causâ scientiæ aliunde petitâ, totus est in enucleandis hisce virtutum actibus relativè ad redditionem rationis, cui adeò inhæret, ut nefas putet alia adhibere ver-

ba, quàm ea, quæ ibidem leguntur; inquit enim = *Dicam & referam aliqua fragmenta eorum, quæ concernunt hanc materiam, ut non mutem verba, nec recedam a modo, quo ipse declarabat in quinterno, Summ. num.9. pag.35. à §.8. ad plures seqq.* Hanc ftyli uniformitatem demonftrant alia loca Summarii, & præfertim *in pag.52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. & 59., 62. a § 1., 67. à §.1. ad 26., pag.86. à §.1. ad 17.* Et fi ab hoc Tefte demas ea, quæ depofuit relativè ad dictam relationem Confcientiæ, pauca erunt reliqua, quæ ille nobis exhibet tanquam Teftis oculatus.

9 Non longè abludit etiam alter Confeffarius P. Matthæus Marymon, quorumcumque aliorum Teftium antefignanus; utpote qui excepit Confeffiones Servi Dei per poftremos *fexdecim* annos ante obitum ejufdem Servi Dei elapfos. Sterilis, etiam in fenfu Poftulatorum, eft depofitio hujus qualificati Teftis, fed uberrima eft, & ferax copia rerum geftarum, quas ille recenfet in Vita à fe exarata, & compulfata in Proceffu Apoftolico, ad quam relativè femper fe fe habet in examine formali. Veritati fieret injuria, fi affererem, hunc Hiftoricum & refpectivè Teftem omnia derivaffe in fuam hiftoriam à Relatione Confcientiæ, quam Ven. Alphonfus fcripto tradidit. Multa enim funt, quæ ille vidiffe profitetur; multa, quæ refert accepta ab his, qui viderunt, & audiverunt. Verùm non omninò arrifit, quod Facta illuftriora, & ad heroicitatem accedentia hauferit ex dicta Redditione rationis; quodque multa fe huic Scripto debere fateatur. Pluriès ingenuus hic Confeffarius fatetur hanc veritatem *in Summ.* fed præcipuè *num.9. pag.40. §. 55. = Ego fcio, quod dictus Fr. Alphonfus habuit ardentiffimam Charitatem Omnipotentis Dei, & quod fuit valde excellens in ipfa virtute, quod fcio, eo quia vidi quanta lætitia patiebatur in illius infirmitate &c., & vidi in illius Scripturis & fcripfi ex illis in Libro, quem de illius Vita mifi ad noftrum P. Generalem, actus heroicos &c., & alia notabilia & peregrina, quæ in dicto Libro refero, extracta ab his, quæ fcripfit de mandato Superiorum, feu ab informationibus, & dictis eorum, qui illum cognofcebant, & cum eo converfabant &c. = Quod Fr. Alphonfus propter zelum animarum & gloriam Dei defiderabat non folùm dare vitam fuam, & martyrium pati, fed omnes Inferni pœnas, ne Deus offenderetur, neque aliqua anima condemnaretur; hoc fcio, quia in diverfis partibus Scripturarum fuarum, in Orationibus, quas ipfe faciebat, inveni hunc fervorofiffimum actum &c.*

10 Augetur demum præconcepta formido, quia etiam alii Teftes contubernales, & in eadem Societate Jefu degentes, antequam formali examini fubjicerentur, ad manus habuerunt hanc Relationem Confcientiæ; & poft narratos Virtutum actus à Ven. Alphonfo exercitos, affirmarunt, depofuiffe ex caufa promifcua fcientiæ, æquè referibili ad ea, quæ viderunt, & ea, quæ legerunt in toties memorata Redditione rationis; quam expediebat per Superiores rigidè cuftodiri, nec traduci per manus unius aut alterius Religiofi proximè examinandi. Ita hanc promifcuam caufam fcientiæ exhibet P. Petrus Ripol Jefuita, inquiens, *Summar. pag.46. §.133.* ibi = *Fuit heroicè dotatus omnibus virtutibus per ea, quæ communiter in noftra Domo audivi &c., tum per ea, quæ conftant, & apparent ex illius fcripturis, ad quas me refero.*

11 Propiùs ad meritum Caufæ, & ad relevantiam accedendo, quamvis in Elencho multi appareant individui virtutum actus, ex quibus datur intelligi Ven. Alphonfum modo extraordinario, & aliis Coadjutoribus non communi, vitam fuam compofuiffe ad præfcriptum Regulæ, five fpectetur Orationis fervor, mens in Deum defixa, ftudium Obedientiæ, fervandæque Caftitatis, horror peccati, fui ipfius ftudiofa abjectio, linguæ, & fen-
fuum

suum custodia, propriæque voluntatis abnegatio: Multa tamen visa sunt minùs ardua, quandoque communia, quandoque *dictis*, & *non factis* innixa; quandoque etiam eruta ex Testibus, qui assumentes partes Judicis, pronunciant Virtutem heroicam *in genere*, illamque exaggerant, non exhibita serie illorum actuum, ex quibus tutò hoc judicium concludatur.

12 Visum est minùs arduum, & aliis commune, quod Servus Dei frequentissimè inservierit Sacerdotibus celebrantibus Missam, Proximis peccati horrorem & fugam ingesserit, frequens in Ecclesia fuerit ad Sacram Eucharistiam adorandam, Infirmos inviserit, consolationem Afflictis, consilia Dubiis præstiterit, stipem ad valvas Collegii Pauperibus erogaverit, sedulique Ostiarii munus cumulatè impleverit; possunt enim hæc benè impleri, & de facto implentur à morato quolibet Coadjutore Societatis Jesu citra ullam intuentis admirationem. Charitas porrò erga Deum, in qua omnia solidantur, ut verè dici posset heroica, ac ferè Divina, exaggeratur quidem à Testibus, & ad eminentem gradum extollitur relativè ad dicta, & usitata colloquia Servi Dei; sed (ad partes positâ Redditione rationis) non designantur individui & particulares actus ardui, extraordinarii, ex quibus hæc Virtus admirationem ingesserit, & heroicitatem attigisse videatur. Plura habent Testes de hac Theologali virtute in toto Summario, & Elencho, præsertim verò *cap.24. part.2. pag.70. per tot., cap.46. pag. 188.* & alibi: At legenti testificata nihil aliud proponitur, quàm Servi Dei sermo in hanc Charitatem collimans, itaut ratio judicandi de heroicitate, tota versetur *in dicto*, rarò autem *in facto*. Id ipsum notatum est in probatione aliarum Virtutum, quas Testes exaggerant ex proprio judicio, vel ex conjectura eruta à piis, & ferventibus Servi Dei colloquiis, quando judicium efformandum erat, & conjectura heroicitatis repetenda ex serie rerum gestarum, excedentium communem modum operandi Justorum, nè aliàs Testes ad comprobandos actus unicè adhibendi, videantur adhibiti ad efformandum judicium de mero habitu, quem pro suo arbitrio supponunt, sed circumstantiæ non communiunt. Sat itaque non est, Testes emphaticè dicere, quod Servus Dei ducebat vitam superiorem *ad instar Angeli incarnati*; quod fuit *decoratus, & ornatus magnis virtutibus, & pietate Christiana*; quod viderint in eo *rarissima exempla omnium Virtutum, quod hanc opinionem, & conceptum habebamus omnes, qui illum cognoscebamus*; quod habebat *magnum amorem erga Omnipotentem Deum, quia multis vicibus tractavi cum eo*, aliaque exprimant id genus encomia, legenda toto sparsim Summario; sed gratissimum erit, & amplissimis PP. Suffragantibus optabile, quod Postulatores in Responsionibus dandis demonstrent, & compendiario calamo, citrà tamen laborem novi Elenchi, perstringant actus speciosiores & præstantiores, consistentes *in facto* & non in simplici *dicto*, ex quibus emergat non solùm observantia Regulæ, sed splendor eluceat Virtutum Theologalium, & Cardinalium, ob quarum singularem eminentiam Ven. Alphonsus appareat Heroum Catalogo dignus accenseri.

13 Prætactis hisce difficultatibus, in postrema Congregatione excitatis, quibus facilè satisfacturos auspicamur Defensores Causæ Servi Dei multiplici virtutum exercitio ornatissimi, gradum facimus ad alias difficultates repetitas à redditione rationis conscientiæ Servi Dei, Superiorum præcepto scriptis consignata. Sed nè in hac materia severius aliquid, aut gravius statuatur in præjudicium Causæ, & omnia subsint æquabili, temperatoque judicio, quia bonus Judex (Teste Seneca *de Clement. 2. 7.*) *non judicat sub formula*, sed ex æquo, & bono; fas sit, aliqua priùs brevissimè in memoriam revocare. *Primò*, quod agitur de Servo Dei litteris non informato arte

arte textrina victum in fæculo sibi comparante, vergente ferè ad senium ætate, adscripto inter Coadjutores Societatis, quibus solemne fuit, & est, post Divinum famulatum, Domesticis tantùm vacare officiis; quique ea, quæ scripsit, scripsit invitus, & obstrictus obedientiâ Regulari, non autem pro suo ingenio, aut in finem alios docendi; qui nihil affirmavit, vel negavit, sed corde puro, & conscientiâ bonâ, fide non fictâ, expressit tantùm in vim præcepti, & sub nomine *tertiæ Personæ*, ea, quæ sibi contigerunt in interno animæ, reticito propter modestiam proprio nomine; Ideoque dubitatum est, an hæc Scripta considerata relatè ad doctrinam nemini propositam, nemini traditam, subjacere possent, nec ne, Censuræ Decretorum Urbani VIII., quorum ratio in eo stat, ut Sacra Congregatio certioretur, quod Canonizandus non erraverit contra Fidem, viam non straverit ad pravos mores, non doctrinam tradiderit peregrinam, & à sensu Ecclesiæ alienam. Disertissimè id nobis retulit Sanctitas Tua, cum in minoribus, rarâ, & aliis non concessâ doctrinæ & æquitatis præstantiâ fungeretur munere Promotoris Fidei, inquiens in primis elucubratissimis tuis Animadversionibus = *Sacra Congregatio fuit in sensu, quod posset procedi ad ulteriora, eo præcipuè sub obtentu, quod redditio rationis Conscientiæ facta fuerat à Servo Dei ex solo, & simplici obedientiæ motivo, quod in ea nihil affirmaverat, vel negaverat, nihil docuerat, sed tantùm exposuerat quæ sibi in interno animæ contigerunt, quasi quod inapplicabilis esset censura Decretorum; Et hac de causa non fuit absolutè dictum, quod posset procedi ad ulteriora, sed addita fuerunt hæc alia verba, reservato examine super Dubio de Virtutibus.*

14 Secundò notandum est consentaneè, quòd etiamsi accuratissimi, & occulti Censores in Theologica facultate præstantes per singulas quasque partes expenderint eandem redditionem rationis, & nonnulla adnotaverint; nihilominùs Censura nihil exhibuit, quod visum fuerit adversum sanæ & Catholicæ Doctrinæ, sed potiùs respiceret mores, dona supernaturalia, & heroicitatem Virtutum; ideoque proponendum à Fidei Promotore in earumdem virtutum discussione. Hoc cumulatissimè factum est ab eadem Sanctitate Tua in elucubratissimis Animadversionibus, primùm in hac Causa editis. Ne tractu temporis hujus rei excideret memoria, imò ut Causa Venerabilis Alphonsi aliarum esset norma, & regula in judicando servanda, Sanctitas Tua solemne reliquit testimonium in aureo Opere *de Canonizat. SS. lib. 2. cap. 28. sub num. 3.* ibi = *Consimile rescriptum ab eadem Sacra Congregatione prodiit in Causa Majoricen. Servi Dei Alphonsi Roderiguez, in qua, non obstantibus difficultatibus, quæ fuerant à Revisoribus Operum proposita, responsum pariter est, quod progressus fieret ad ulteriora, & quod oppositiones Revisorum, utpote potiùs mores, quàm doctrinam respicientes, recenserentur in Animadversionibus subsequenter faciendis super Dubio Virtutum Theologicarum, & Cardinalium, quod porrò à me factum est, cum dictas Animadversiones exaravi.*

15 Tertiò opportunè in memoriam revocandum, quod doctissimi Censores tria, vel quatuor capita attigerunt, quæ primo occursu negocium facessere poterant Viro Theologo *relatè ad Doctrinam*; verùm non simplici inhærentes cortici, sed rem medullitùs, & juxta veram intentionem Proferentis attingentes, illamque cum aliis locis dictæ redditionis Conscientiæ comparantes, uberrimè vindicaverunt Servum Dei in ipsa *Censura*, quam pro muneris debito, & ad consulendum veritati, quâ potui sedulitate, expendi, dum hisce scriptis operam navarem, quamque pro eorum arbitrio expendere poterunt Amplissimi PP. suffragium laturi. Imò, nè in re gravissima, ad succidendam prorsus quamcumque ansam dubitandi, desi-

derari

derari possent necessariæ diligentiæ, & Theologici examinis partes. Postulatores non acquiescentes æquitati Censorum, eandem Doctrinam vindicarunt solidissimis responsionibus prælo excusis anno 1709., & ex his rationum momentis tutò Sacra Congregatio rescripsit = *Procedi posse ad ulteriora*.

16 Ultimo tandem loco juvat reminisci, quod Censura Theologorum partita fuit rem totam in quatuor inspectiones. *In prima* dubitatum est, an Dei Servus satagendo *Deum diligere absque interesse, & nolle aliud premium, præter amorem, & æstimationem de Deo suo*, visus sit quodammodo abolere *Spem Theologicam* Viatori necessariam, & per consequens coincidisse cum doctrina de *amore puro* reprobata à Sede Apostolica, quæ damnavit hanc Propositionem = *Datur habitualis status amoris Dei, qui est charitas pura, & sine ulla mixtione motivi proprii interesse; Nec timor pœnarum, nec desiderium remunerationum habent ampliùs in eo partem. Non amatur amplius Deus propter meritum, nec propter perfectionem, nec propter felicitatem in eo amando inveniendam*. *In secunda* inspectione sedulo examine quæsitum est, an Servus Dei perverterit ordinem amoris, postponendo suam ipsius, æternæ Proximorum saluti, cum aliàs ordo charitatis postulet dilectionem Proximi sicuti sui ipsius, non verò supra se; Et an dignus fuerit reprehendi, quia putaverit esse licitum, ut quis subeat pœnas Inferni, ut Proximum liberet à peccato. Motivum dubitandi præbuerunt hæc, quæ sequuntur verba Servi Dei = *Desiderat, mediante Dei gratia, pati pœnas Inferni potiùs, quàm Deus suus offendatur, nec aliquis condemnetur; & desiderat salutem omnium, etiamsì esset cum discrimine, & amissione propriæ salutis*. *In tertia* ad trutinam revocantur multiplices Propositiones, ex quibus Servus Dei datam sibi affirmavit per revelationem Dei, & Beatissimæ Virginis, *veniam suorum peccatorum, absolutionem à culpa, & pœna, perpetuam permanentiam in statu gratiæ, & amicitiæ Dei, ac futuram etiam animæ suæ beatitudinem in Cœlo*. *In quarta* notatæ sunt aliæ Servi Dei propositiones humilitati detrahentes, utpote efferentes præposterâ comparatione, & prælatione Societatem Jesu supra alios Ordines Religiosos.

17 Hæc quatuor capita semel atque iterum proposita, semel atque iterum vindicata strenuo calamo, tum Censorum, tum Defensorum Causæ, consultò censemus omittenda, nè actum agere videamur. Potissimùm quia prima, & secunda inspectio, quæ prima facie habere posset aliquam affinitatem cum errore detecto in Instructione Pastorali Archiepiscopi Cameracensis, impetito egregiis Scriptis Jacobi Bossuet Episcopi Meldensis, uberrimè expenditur à Sanctitate Tua in aureo Opere de Canonizat. *SS. lib.2. cap.31. à num.7. ad num. 15.* Consultò etiam omittimus repetere difficultates aliàs propositas, & in primis, & secundis Animadversionibus excitatas relatè *ad Visiones*, & *Dona supernaturalia*; cum satis sit, pro recto efformando judicio, Amplissimos PP. adhuc dubitantes ablegare ad præcedenter scripta ab emeritis meis Antecessoribus, & à Patronis Causæ fusè in Responsionibus congesta.

18 Instituatur itaque sermo de difficultatibus ex integro, & novissimè excitatis à Sapientissimis Suffragantibus, qui in postrema Congregatione impensiore studio rimarunt singulas quasque partes dictæ Redditionis rationis.

19 Et primo loco dubitarunt aliqui, hanc redditionem rationis non prorsùs conformari Regulæ Societatis, quæ illam exigit in eum finem, *ut meliùs subditi regi, & gubernari, & per eos in viam Domini dirigi possint; & ut meliùs Superior possit ordinare, ac providere quæ Corpori Societatis conveniunt*, ut legitur in primo Exam. general. impress. Rom. *§. 34. & 35.* Et

loquen-

loquendo de Coadjutoribus formatis, & Professis *Conſtit. part. 6. cap. 1. num. 2. ∫. omnibus* diſtrictè præcipitur = *ut nihil ex externis, vel internis Superiores celent, quin potiùs, ut omnia prorſus intelligant, quo meliùs in via ſalutis, & perfectionis ſe dirigant*; Inſuper *in Summar. Conſtit.* §. 41. *impreſſ. Pragen.* cavetur = *nulla n debent celare tentationem, quam Præfecto rerum ſpiritualium, vel Confeſſario, vel Superiori non aperiant*; Et denique *in Inſtruct. cap. 2. ∫. 2. tom. 2. dicta impreſſ. Pragen.* hæc habentur = *In aperienda autem Conſcientia finis eſt, ſtatum animæ ſuæ, nimirùm defectus, paſſiones, propenſiones, tentationes, virtutes ipſas &c. aperire, cui ſe dirigendos tradiderunt*. Spectata itaque Regula, aperiendum erat à Ven. Alphonſo non ſolùm benè actæ vitæ meritum, ſed etiam aperiendæ propriæ animæ infirmitates, & defectus. Sed nè peccare in contemptum Obedientiæ videretur, ſtrictiùs ad id adigebatur ex peculiari præcepto ſui Superioris, à quo fuit illi injunctum, quod SCRIBERET A' TEMPORE, QUO RECORDABATUR, *Summ. pag.* 179. *∫.* 147. Recordatus eſt Ven. Alphonſus de propriæ virtutis merito, de cœleſtibus chariſmatibus, de viſionibus, quas habuit etiam in ſęculo, imò (ſi ei danda fides) à prima florente ætate, nedùm uſu rationis confirmatâ *Summario num.* 30. *pag.* 184. §. 162., *& alibi*, & minutas quaſque eorumdem Donorum recenſet circumſtantias; ſed alto reticet ſilentio ſordes à mundano pulvere contractas, nec ipſas exprimit culpas, in quas ſeptiès in die cadit Juſtus, ut benè compertum erit hanc redditionem rationis ſedulò legenti. Nec excuſare illum poſſe videtur inexiſtentia horum defectuum, clamante Veritate = *ſi dixerimus, quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus* = Minùſque excuſare illum poteſt, quod ſe ipſum *genericè*, & per vagam expreſſionem pluriès nuncupaverit *Peccatorem, Divinæ juſtitiæ formidine ſalubriter concuſſum*; quia hujuſmodi expreſſiones non quadrant fini obtento à Regula, quæ eò collimat, ut defectus detegantur *in ſpecie*, & cuique vulneri animam ſaucianti opportuna adhibeatur medela, tum in bonum Religioſi, tùm quoque in bonum univerſale Religionis. Id adeò verum eſt, ut ipſi met Poſtulatores *in Reſtrictu Reſponſionum Juris* ad difficultates ponderatas ab Anonymis Reviſoribus, diſtributo anno 1709., ingenuè faſſi ſint *∫. 6.*, quod Ven. Alphonſus viſus eſt *pandere imperio obedientiæ ſuo Superiori, quæ habebat in corde*, QUÆQUE SI CELASSET, A' PECCATO NON SE SUBTRAXISSET.

20 Propiùs verò accedendo ad ea, quæ narrantur in dicta Redditione rationis, multa in illa nuperrimè comperta ſunt adeo à communi Theologorum ſermone abhorrentia, adeoque inſolita, & impropriè exaggerata, ut viſa ſint Ampliſſimis PP. non levem dubitationem iniicere. *In Summario num.* 30. *pag.* 158. *∫.* 61. legitur = *Vidit ſe ipſum fruentem dilecto ſuo veluti in alia Regione, oblita omnium rerum Terræ, & ſui ipſius, eo quod ſit tota occupata in actuali amore Dei præſentis, & noti, & hoc modo eſt mortificata, & ſegregata ab omnibus rebus mundanis, & vivit ſoli Deo, & hoc modo ANIMA EST QUASI DEA*. Aliquam ſiquidem moleſtiam creat Viro Theologo, quod Servus Dei ſibi tribuerit hanc animæ Deificationem; cum docente S. Thoma 3. *part. quæſt.* 16. *art.* 3., id de ſola Chriſti humanitate prædicari liceat. Et ſi emphaſis quædam eſſe dicatur, dedecet Virum perfectum hæc emphaſis, quæ conſecrata jam in Scholis Catholicis vocabula prorſus confundit. Ejuſdem fermè generis eſt *Transfiguratio in Chriſtum*, de qua *∫.* 21. Licèt enim Paulus dixerit = *Vivo Ego, jam non Ego, vivit verò in me Chriſtus*, nuſquam ſe in Chriſtum transfiguratum dixit, quippe qui probè ſciret, hoc haud effici poſſe, niſi per omnimodam hominis transformationem in Imaginem Chriſti, quæ ex dignitate ſua eſt incommunicabilis. Inſuper

supèr ex hoc emphatico loquendi modo posset quis imaginari, & in errorem facilé induci, animam Deum contemplantem, eoque fruentem ita desinere esse in sua met existentia, ut convertatur, transformetur, & absorbeatur tota in esse Divinum: quod erat quorumdam Mysticorum deliramentum, quos urget, confutatque doctissimus æquè, ac piissimus Gerson. *in Epist. ad Carthus. par.* 1. *pag.* 469. Displicuit etiam nonnullis, quod immediatè subdit Dei Servus *dicto §.61. Et sicuti anima est benè experta in isto Dei amore, ita consequitur tàm elevatum statum perfectionis amoris Dei, ut ferè semper diligat Deum suum actu continuo, ab amore continuato* = Quasi verò inter varias, & frequentes hujus vitæ distractiones dari possit actus amoris ita continuus, ut numquam interrumpatur, sed subsistat semper, semperque permaneat. Sola enim Beatorum Spirituum vita est actus continuus contemplationis, & amoris.

21 At ne fortè contingat, has duas propositiones plus æquo urgeri, cogit studium veritatis, & debitum officii, nonnulla Reverendissimis PP. proponere, ex quibus ipsi postea viderint, an verbis Servi Dei aliquis nitor affulgeat, aptus ad quamcumque erroris caliginem discutiendam. Ven. Alphonsus postquam sese exercuerat in *via purgativa*, ut ajunt, atque *illuminativa*, *fuit elevatus* [ut ipse scribit *Sum. num.* 30. *pag.* 156. *§.* 30.] *ad considerationem Divinarum Perfectionum Omnipotentis Dei, per quam fit unio Animæ cum Deo per iter amoris.* Hinc pluribus vicibus dicendo (ut ipse paritèr innuit *Sum. pag.*157. *§.*53., *&* 55.) *ò dilecte mi, totus meus, & ego totus tuus, inveniebat se raptum, & positum in infinito esse Dei, & ardebat in illius infinito amore, submersus in isto infinito Dei igne . . . . , & hoc modo, & mediante isto amore unitur anima amore Dei: Tunc anima amat Deum, & illo fruitur, quia absorpta & submersa in Dei amore: Hæc est alia unio, & transformatio in Deum.* Explicans porrò hujus mirabilis unionis effectus, inquit Dei Servus = *hìc quiescit anima, & delectatur, hìc illo fruitur, hìc suum diligit Deum, hìc consolatur, & edocetur, laudatque, & benedicit tàm ingentem Dominum actu cordis continuato . . . . Videt se ipsam fruentem dilecto suo . . . . & hoc modo anima est quasi Dea.* Hæc itaque postrema expressio per particulam *quasi* temperata, ac delinita, suadere fortasè poterit, quod anima Ven. Alphonsi fuerit quasi Dea *non per essentiam*, quia unus tantùm est Deus, ex quo omnia, sed *nuncupativè*, & per *participationem*, perque *intimam*, ac *mysticam unionem*.

22 Libenter fortasè concedet Vir Theologus, quod hæc *unio* dari solita in Perfectis Contemplativis (qualis fuisse perhibetur Ven. Alphonsus) faciat unum *unitate spiritus* inter Deum, & animam, juxta illud Apostoli prima ad Corinthios 6. 17. = *Qui adhæret Domino, unus Spiritus est*; & facilè etiam concedet, animam fruentem Deo, totamque in ejus actuali amore occupatam, effici posse *quasi Deam, & in Deum quodammodo transformari*. Non immeritò; cum id ipsum magnus concessisse videatur Augustinus. Ille siquidem *tract.*2. *in Epist.* 1. *Joannis* = *Talis est quisque*, inquit, *qualis ejus dilectio: Terram diligis, Terra eris: Deum diligis, quid dicam: Deus eris? Non audeo dicere ex me, Scripturas audiamus: Ego dixi, Dii estis, & Filii Excelsi omnes. Si ergo vultis esse Dii, & Filii Altissimi, nolite diligere Mundum, nec ea, quæ sunt in Mundo.* Occinit magno Hipponensi Episcopo S. Laurentius Justinianus *in lib. de Institut. & Regim. Prælator. cap.*18., ubi ait = *Parùm dixi, cum Hominem in Deo manere, charitate mediante, perhibui; quoniam ipsum hominem etiam Deum facit, sacro hoc asseverante Eloquio: Ego dixi Dii estis, & Filii Excelsi omnes. In quanto dignitatis provehan-*

bantur culmine, qui charitatis insigniti sunt munere, quis non miretur, quando DII, & FILII EXCELSI nominantur, non quidem ESSENTIALITER, quia unus tantùm est Deus, ex quo omnia, sed NUNCUPATIVE, ET PER PARTICIPATIONEM? Nuncupantur enim FILII, dicente Domino= cum oratis, dicite: PATER NOSTER, qui es in Cælis. Participant autem DIVINITATEM, & fiunt DII, quando, sicut ait Apostolus, qui adhæret Deo, unus spiritus fit. Unus quippe Spiritus factus cum Deo, in quo habitat Deus, oh quàm excelsus, & potens est!

23 Quo quidem custodito, firmitèrque retento accommodo sensu, omnis fortè cessabit formido erroris illorum, quos redarguit Gersonius. Hi namque, Gersonio ipso teste, docebant = *quod anima perfectè contemplans Deum non solùm videt eum per claritatem, quæ est Divina essentia, sed est ipsa claritas Divina*: Imaginabantur =, *quod anima tunc desinit esse in illa existentia, quam priùs habuit in proprio genere, & convertitur, seù transformatur, & absorbetur in esse Divinum, & illud esse ideale defluit, quod habuit ab aterno in essentia Divina*: Et per consequens = *unum esse cum Deo*, docebant, *secundùm essentialem existentiam*: Addebant, quod *ita perditur anima contemplativa in esse tali Divino abyssali, ut reperibilis non sit ab aliqua Creatura*, ita citatus Author *Epist. ad Charthus. par. 1. fol. mihi* 461. Ex oppositò Dei Servus in sua Relatione frequentissimè deplorans animæ propriæ miseriam, & imbecillitatem, componit ad mensuram humilitatis elevationem animæ propriæ, affirmatque eamdem animam transformari in Deum non per *essentialem existentiam*, sed *per quamdam participationem*, quam pro viribus explicat comparatione *ignis*, & *ferri*, ut legere est *in Summario num. 30. pag. 153. §. 26.* Hæc autem similitudo non erit fortasse invisa sapientissimis Judicantibus, qui benè norunt, illâ usos fuisse Ecclesiæ Sanctissimos Patres, & Magistros, præsertim S. Gregorium Nazianzenum, qui mysticam animæ cum Deo unionem dictâ ignis, & candentis ferri comparatione declarat, inquiens = *Quomodo ferrum ignitum, & candens, igni simillimum fit, pristinâ, propriâque formâ exutum. . . . . sic omnem tunc in Sanctis humanam affectionem quodam ineffabili modo necesse erit à se ipsa liquescere, atque in Dei penitùs transfundi voluntatem.*

24 Mirum proinde videri non poterit, *si anima benè experta in isto Dei amore* (ut fatetur Alphonsus loco jam allegato) *consequatur tàm elevatum statum perfectionis amoris Dei, ut ferè semper diligat Deum suum actu continuo ab amore continuato*: Non quod Servus Dei docuerit, & agnoverit, dari posse actum amoris continuum, semperque subsistentem, ad principia Quietistarum, itaut nec humanis passionibus, nec aliis necessitatibus interrumpatur, & necesse non sit eum ampliùs renovare; sed quod anima benè experta in isto Dei amore continuos ferè semper eliciat amoris actus, quos illi suggerit, & inspirat sanctus amor, quo tota possidetur.

25 Altera Propositio, quæ aliquantulùm subobscura nonnullis visa est, legitur in Redditione rationis *pag. 159.* ibi = *Si enim quærimus, in quo genere objecti fruatur anima Deo, quando directè respicit illum in Oratione, respondetur, quod objectum est ignorantia infinita Dei &c.*; *Hanc ignorantiam vocant Contemplativi nebulam*. Si enim Oratio, testibus SS. Jo. Damasceno, & Basilio, est *mentis ascensio ad Deum*; & Teste *S. Thomæ 2. 2. quæst.* 180. *art. 4.* Oratio contemplativa nihil aliud est, quàm *contemplatio Divinæ Veritatis, imò ex hoc ipso, quod veritas est finis contemplationis, habet rationem boni appetibilis, amabilis, & delectantis* =, ut docet etiam Sanctissimus *lib. 3. cap. 25. num. 6.*; si insuper intellectus in cognoscendo semper præ-

præcedit voluntatem in amando; & quò major est cognitio objecti, major est animæ orantis amor & fruitio; non benè datur intelligi, quomodo infinita ignorantia Dei possit esse objectum, quo anima fruitur in Oratione, hoc est in illo actu, qui tendit ad contemplationem Divinæ Veritatis.

26 Verùm expendendum merè propono Sapientissimis PP., an ultrà Responsiones à Postulatoribus dandas, Propositio abstracta elucidari possit ab ipso semper retinendo, & numquam declinabili CONTEXTU Servi Dei, & accommodari sensui Theologico, per eumdem Dei Servum explicato. Docet namque hoc loco effectus amoris Dei, quos in oratione, seù contemplatione experiebatur, submergendo se in esse infinito Dei. *Quando contemplabatur*, inquit, *Deum suum, cuncta, quæ illi adveniebant, eique occurrebant, & occurrunt, quantumcumque elevata appareant, proiicit, & expellit à se; nam quidquid est comprehensibile, non est Deus: Deus enim comprehendi non potest, nisi à semetipso. Ideoque benè potest crescere anima in cognitione Dei, ET EX COGNITIONE IN AMOREM IPSIUS DEI; & tunc MAGIS CLARE' COGNOSCET quàm INCOMPREHENSIBILIS sit DEUS, illo MAGIS FRUENDO, prout fruitur, quando habet MAJOREM DEI COGNITIONEM: Si enim quærimus, in quo genere objecti fruatur anima Deo, quando directè respicit illum in Oratione, respondetur, quod objectum est IGNORANTIA infinita Dei.*

27 Hæc verba suadere videntur, quod in Dei Servo fuerit intellectus in cognoscendo præcedens voluntatem in amando, & fuerit tantò ardentior amor, quò major fuit cognitio; quod benè explicat verbis sequentibus = *benè potest crescere anima in cognitione Dei, & ex cognitione in amorem ipsius Dei.* Sed cum in Oratione magis percipiat Dei incomprehensibilitatem, hinc asseruit, quod objectum est ignorantia infinita Dei, hoc est Deus, quem comprehendere non potest, seù cujus infinita perfectio à Creatura ignoratur. Meliùs subindè explicare videtur hanc ignorantiam, seù nebulam obversatam animæ contemplanti, addens = *hanc ignorantiam vocant Contemplativi nebulam, super quam ascendit anima elevata, & portata radiis Divinæ ignorantiæ, non ut comprehendat, sed ut cognoscat, quod Deus est suavis; ideoque cognoscit per gustum illud, quod non comprehendit per intelligentiam, & quanto minùs comprehendit Deum, & magis ignorat, magis dulcem invenit anima ipsa* = *Summario num. 30. pag. 159. §. 69.*

28 Accommodo itaque, temperatoque sensu quæri opportunè potest, an hæc Nebula, an hæc ignorantia allegata à Ven. Alphonso superna contemplante, habeat affinitatem cum mystica illa obscuritate, quam Theologi dicunt acquiri ab anima elata in statum altiorem per contemplationem; itaut non videatur ampliùs tunc cognoscere Deum ipsum, quem amat, & possidet. Hanc ignorantiam quibusdam lineamentis adumbrare, & declarare videtur eruditus *Bossuet*, Episcopus Meldensis, in egregio *suo opere inscripto* = *Instruzione sopra li Stati dell' Orazione lib. 2. num. 17.*, inquiens = *Chi ardirebbe mai dire, che Isaia, e i suoi Serafini non siano stati inalzati alla più alta contemplazione in quell'ammirabile visione di Dio tre volte Santo, ovvero, che in una sì alta veduta della sua Santità non si siano con immenso amore inabissati in quella profonda incomprensibilità dell'Essere Divino; poichè questo è, che gli obbliga a nascondersi frà le loro ale, ed à farsene una coperta, cioè a dire, trovar sempre un IGNORANZA INFINITA ne' loro sublimi pensieri.*

29 Opportunè etiam quæsitum est in præterita Congregatione, an ulli fortè subessent errori Propositiones illæ, & similitudines usurpatæ à Ven. Al-

phonso ad explicandum adjumentum Divinæ Gratiæ omninò necessarium homini cooperanti in bonum. Inquit enim in redditione rationis §. 200., *& seq. = In omnibus invenit se verum humilem esse nihil, propter quod in nihilo potest elevare se ad instar mortui &c. = Videt qualiter à Deo procedunt omnia Bona, tanquam à Causa primæva; & quando hæc operatur, videt quod Deus operatur ista Instrumento sibi benè viso, ad instar Pictoris, qui penniculo depingit illud, quod vult. Penniculum per se solum sine Pictore non potest, nec facit quidquam, neque unquam faciet, neque operabitur, nisi moveatur à Pictore; & Scriptor scribit quod vult mediante calamo, & calamus ipse de se solus nihil scribit, nec potest;* Quod clariùs etiam confirmat *in §. 466. = Ego nihil boni facio, nec feci, quia sum nihil; & nihil nec fecit quidquam boni, nec facere potest; propter quod attribuit anima Deo omnia Bona; sibi verò nihil, & peccata &c.; Videt clarè, & cognoscit esse verum, quod Bona, quæ operatur, non operantur ab anima, sed à Deo cum ipsa, quia Deus assumit illam in instrumentum, sicuti clarè videtur, quod penicillus non depingit, sed Pictor cum pennicillo, pennicillus enim ex se solus nunquam faciet quidquam, sicut nihil, quod nihil facit.*

30 Dum itaque Servus Dei affirmat, quod anima *in nihilo potest se elevare, ad instar mortui;* quodque insuper *nihil facit boni, nec facere potest, cum sit nihil;* & quod Deus *utitur illà tamquam instrumento,* & tamquam pennicillo, *qui ex se solo numquam faciet quidquam, sicut nihil, quod nihil facit =* Dubitatum est, an hujusmodi Propositiones, & loquendi formulæ accederent erroribus eorum, qui opinati sunt, liberum hominis arbitrium esse instrumentum quoddam *inanime*, merè *passivum* ad bonum, & malum; nihil valere ad bonum supernaturale, & à Gratia necessitari. Quæ quidem Novatorum deliramenta anathemate ferit Synodus Tridentina *sess. 6. can. 4.* per hæc verba = *Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti &c., sed veluti inanime quoddam, nihil omninò agere, merèque passivè se habere, anathema sit.*

31 Occurrent opportunè Postulatores ad avertendam quamcumque erroris imaginem; sed mei muneris deposcit ratio, ut ad lancem Sanctuarii appendantur etiam verba eruta à *Contextu* orationis, quæ lucem afferre videntur Propositionibus, nisi Reverendissimi PP. aliter putent pro eorum sapientia. Utitur Servus Dei similitudine *instrumenti* ad extollendam necessitatem Divinæ Gratiæ, sed præservare videtur *hominis arbitrium* sub Divinæ Gratiæ motione prorsus *liberum*, ac planè *activum*, dum inquit = *Verus humilis invenit se esse nihil; qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, se seducit: Nihil, nihil valet, & ad nihilum bonum est; Ideoque humilis sine aliquo discursu, sed cum claro lumine Cœli invenit, se esse nihil in iisdem operibus &c.; quia ipse ea non operatur, SED DEUS CUM IPSO;* & alio loco = *Videt, qualitèr à Deo procedunt omnia Bona, tamquam A' CAUSA PRIMÆVA; & quando hæc operatur, videt, quod Deus operatur ista instrumento sibi benè viso ad instar Pictoris &c.* = & alio loco = *Virtus humilitatis consistit in videndo, & considerando hæc quomodo in rei veritate se habent, quando se exercent in virtutibus, & rebus sanctis, QUIA SINE ME NIHIL POTEST FACERE; ideoque nil valet, & nihilum potest sine me &c. = qui se existimat aliquid esse cum nihil sit;* & alio loco = *Operibus bonis, quæ facit, respondet, NON AUTEM EGO, SED GRATIA DEI MECUM;* & infra = *cognoscit esse verum, quod bona, quæ operatur, non operantur ab anima, sed à DEO CUM IPSA, quia Deus assumit illam in instrumentum.* Hujus-

32 Hujusmodi loquendi formulæ, non separandæ, sed adjiciendæ similitudini Instrumenti, quam Servus Dei expressit ad designandam, & extollendam necessitatem Divinæ Gratiæ, judicabunt Amplissimi PP., an comparent liberum hominis arbitrium instrumento inanimi, & merè passivo; seu comparent sano, & catholico sensu idem *arbitrium instrumento activo, & prorsus libero*. Fatetur Servus Dei, *se nihil posse facere ex se ipso, cum sit merum nihil, sed cuncta bona, quæ operatur, procedere à Deo tamquam A' CAUSA PRIMÆVA, QUIA IPSE EA NON OPERATUR, SED DEUS CUM IPSO, CUM DEUS assumat animam in instrumentum sibi benè visum, ad instar Pictoris, qui pennicillo depingit illud, quod vult, cum pennicillus ex se solo ineptus sit ad quidquam faciendum*. Expendatur itaque, an in his verbis docere visus sit Ven. Alphonsus, quod antea in Evangelio *Joannis c.* 15. *v.* 5. docuit Christus Dominus = *sine me nihil potestis facere*; quodque sæpissimè *ad Galatas, Corinthios, & Philippenses* scripsit Apostolus, inquiens = *si quis existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit* = *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est* = *Deus est, qui operatur in nobis & velle, & perficere* = *non autem Ego, sed Gratia Dei mecum*. Id ipsum sexcentis in locis docuit Augustinus, maximè verò *cap.* 17. *lib. de gratia & liber. arbitr.*, inquiens = *Ut ergo velimus, sine nobis operatur; Cum autem volumus, & sic volumus, ut faciamus, nobiscum cooperatur. Tamen sine illo, vel operante ut velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus*; & lib. de Dono perseverantiæ = *Totum Deo in negocio salutis tribuendum, nec id, quod provenit ab arbitrio, à Gratia dividendum est, cum merita nostra bona à libero arbitrio efficiantur utique, sed indivisim à Gratia Salvatoris præveniente. Quamobrem nos quidem petimus, sed ille facit, ut petamus: Nos quidem volumus, sed ille facit, ut velimus; Nos facimus, sed ille facit, ut faciamus*. Hanc doctrinam uberiùs etiam explicat Ecclesia Catholica *in Conc. Arausicano II. can.* 7. 9. 20., & illam demum Catholico homini practicè insinuat Hugo à Sancto Victore *lib.* 5. *de Eruditione Theolog. cap.* 9. ibi = *Tecum operari vult Deus; non cogeris, sed juvaris: Si solus Tu opereris, nihil perficis; Si solus Deus operetur, nihil mereris. Operetur ergo Deus, ut possis; opereris & tu, ut aliquid merearis*.

33 Quo retento principio, benè etiam Catholico sensui congruere videtur similitudo *instrumenti*, quia in illo duæ considerantur actiones; *Una* nempe *instrumentalis*, secundùm quam operatur non in virtute propria, sed in virtute principalis agentis; *Altera* omninò *propria*, quæ sibi competit secundùm propriam formam, ut docet S. Thomas 3. *part. quæst.* 62. *art.* 1. *ad* 2. Has duplices actiones considerat Angelicus relatè *ad naturam*, & relatè *ad voluntatem*. In primo casu *operatio naturæ est etiam operatio virtutis Divinæ, sicuti operatio Instrumenti est per virtutem Agentis principalis*. In secundo verò *voluntas dicitur habere dominium sui actus, non per exclusionem Causæ primæ, sed quia Causa prima non ita agit in voluntate, ut eam de necessitate determinet, ut determinat naturam* = sunt verba ejusdem S. Doctoris *quæst.* 3. *de potentia artic.* 7.

34 Expendent tandem Sapientissimi PP., an ad penitus propulsandam quamcumque etiam remotam suspicionem Quietismi, quam ingerere posset unus vel alter locus fortè ambiguus, & subobscurus dictæ Relationis, quam cœteroquin propulsarunt Theologi ad censuram illius adhibiti, & subsequutum judicium Sacræ Congregationis, declarantis 19. *Januarii* 1709. = *posse procedi ad ulteriora*; expendent, inquam, an in hunc finem satis esse possint

sint ea, quæ Servus Dei disserit de actibus *Spei*, & *amoris* in Deum, de desideriis ardentissimis *propriæ salutis*, & de sollicitudine *fruendi Deo suo*. Potissimè autem appendent in statera, an præponderent in eversionem hujus suspicionis, eximii actus virtutum, in quibus sese frequentissimè exercuit. & continuum illud exercitium *Orationis*, & *Mortificationis*. Juge hoc studium orandi, & *sese castigandi*, explicat Servus Dei in egregia similitudine, quam prudens quilibet Suffragator judicabit, an satis esse possit ad funditùs evertendum præcipuum Novatorum fundamentum: *Est necesse*, inquit Ven. Alphonsus, *ut consequatur meritum apud Deum, orare, & laborare; Avis enim non volat cum una sola ala, sed cum duabus. Sed quia Oratio amoris Dei non potest generare perfectum amorem, nisi perfectionetur probatione, idest mortificatione . . . . . ut plurimùm faciebat ista Persona Orationem mortificationis, & amoris Dei insimul . . . . . quia Oratio amoris Dei & mortificatio insimul, in conspectu Dei prævalebunt summoperè Orationi amoris Dei solius, quia exercitant animam; & anima ipsa volat ad Deum suum mediantibus duabus alis, unâ scilicet amoris, & aliâ mortificationis; Alia verò Oratio habet unam solam alam amoris Dei; & utilitas bujus Orationis duarum alarum est magis ingens, quàm sit alia; & hoc cognoscebat per experientiam* = *Summ. pag.*162. *§.*79. 80. *&* 81.

35 In præterita Congregatione non satis percipi potuit, & à quacumque illusionis notâ vindicari Oratio Servi Dei exerceri solita in somno. Mira sunt, quæ de Orationis hujus genere narrat passim in toto contextu suæ redditionis rationis, & præsertim *Summ. num.* 30. §. 161. 262. 263. 264. 427. 548. 632. 652. Sed præcipuam ingessit molestiam quod Servus Dei semel, iterum, & centies declaravit, se in vero *& phisico somno quiescentem* orasse eo modo, quo orare erat solitus *vigilando*, quemadmodum apertissimè explicat *pag.*271. *§.*652. ibi = *Evenit huic Personæ, quod Orationem, quam faciebat, & tenebat vigilando, tenebat, & faciebat quoque SIMILI MODO DORMIENDO IN PROFUNDISSIMO SOMNO*. Insuper nè quis suspicaretur, hanc sibi Orationem contigisse per somnium, & per imaginem excitatam à bono orandi habitu, & à diurnis speciebus piæ menti in somno obversantibus, apertè excludit hanc suspicionem, & affirmat, se positum fuisse in Oratione, & contemplatione profunda, suamque animam tractasse cum Deo, multaque sibi à Deo fuisse communicata eo ipso tempore, quo soporatus erat, somno reali, & profundo infirmi corporis dispendia sarciente, *Summar. num.*30. *pag.*183. §. 161. ibi = *Dum esset infirmus fluxu corporis, ut quadam nocte reperiretur defatigatus &c., impensatè DORMIVIT PROFUNDO SOMNO, in quo invenit se NON SICUTI SOMNIANS, QUIA NON SOMNIABAT QUICQUAM, prout somnia facere & causare solent; sed in instanti invenit se positum, & constitutum solum cum Deo suo in admodum profunda Oratione, & suprema contemplatione &c.* = Imò ad meliùs etiam explicandam qualitatem realis & phisicæ quietis, in qua dormiens orabat, & meditabatur, declarat, quod hæc meditatio, & hæc Oratio duravit usquequò dormientem excitavit signum Campanæ pulsari solitæ ad surgendum *Summar. loco citato dicto §.*161., ibi = *Hujusmodi Oratio duravit per horam cum dimidia usquequò pulsavit Campana ad surgendum* =, & meliùs *pag.*204. §.264. ibi = *Evigilavit eodem Orationis affectu*. ☞ *ITERUM DORMIVIT, ET PERSEVERAVIT IN ORATIONE, USQUEQUO' IPSUM EVIGILAVIT SIGNUM CAMPANÆ OBEDIENTIÆ*.

36 Si itaque Oratio meditativa est posita in cogitatione attenta alicujus Mysterii Fidei

Fidei, vel cujuslibet rei revelatæ, quæ fit ratiocinando, & procedendo de una re in aliam; si Oratio itidem contemplativa id sibi vindicat, quod Anima, posito actu credendi, contempletur Divinam veritatem, & ad eam amandam accenditur, & in ea delectatur; si insuper in Oratione duæ occupentur Potentiæ, nempe *intellectus* intuendo actu simplici, & *voluntas* amando quod est per se appetibile, ut egregiè docet Angelicus 2. 2. *quæstion.* 180. *art.* 1. *ad* 1. *& art.* 4., quem refert Sanctissimus *lib.* 3. *cap.* 25. *n.* 5. *&* 6., si demùm firmum, & immotum est Assertum, quod nullus datur unquam in Divina Contemplatione orandi modus per suspensionem omnis actus intelligendi, & amandi, ne aliàs quis consentiat nuperis Quietistarum erroribus ab Ecclesia Catholica proscriptis, quemadmodum ex Sacris Paginis, ex sententia Patrum, & à ratione comprobat lato calamo *Reguera in Theolog. Mystic. tom.* 2. *lib.* 5. *quæst.* 3. *§.* 5. *à num.* 366. *ad plures seqq.*; Opportunum erit, ut seduli Postulatores nobis declarent, quomodo hæc Divinæ veritatis contemplatio, hæc Oratio, quam Dei Servus dicit *actualem*, & in qua utraque Potentia operari debet, verificari possit in soporatione phisica, in somno profundo, instaurante vires corporis, & longiùs duraturo, nisi rumor extrinsecus Campanæ excitasset dormientem. Actus hujusmodi merè spirituales, & intellectuales elici non posse videntur ab eo, qui verè dormit; Somnus enim, Teste *Aristotele* 5. *de Generat. animal. cap.* 1. ex sua natura talis est, ut *Animal inter esse, & non esse constituat*, cum sit *vivendi, & non vivendi interliminium*; unde Plato 7. *de legib.* scripsit: *Nullus dormiens alicujus est pretii, nihilo magis, quàm is, qui vivus non est.*

37 Non me quidem latet, Animam contemplativam interdum Divino soporari spiritu, quod quidem, pro vario Mysticorum ingenio, aliquando vocatur *somnus Mysticus*, *Mors Mystica*, *Oratio quietis & silentii*, *Oratio in caligine*, *otium animæ*, *mors & sepulcrum*; sed in hoc ipso otio sancto *multa operatur, multa* cum Augustino *quærit Charitas veritatis*. Anima enim non otiatur, ut contingit in somno vero & reali. Esto enim aliquando cessent discursus Intellectûs circa particularia mysteria, non tamen cessant affectus voluntatis in conspectu Dei, quem Fidei oculis aspicit; *Nunc enim reverentiam exhibet, nunc admirationem ad ea, quæ Deus illi revelat de se ipso, & de suis perfectionibus; Interdum gratias agit, interdum gaudet, quod illum videat; Aliàs se ipsum, voluntatem omnem, & omnia sua eidem Deo offert; Petit in primis, dari se ipsum, deinde ejus Dona, non ut in illis conquiescat, sed ut per ea tamquam per gradus ad ipsum conscendat; Aliquando brevibus, imò nullis etiam verbis cor suum aperit Deo, expectat Dei misericordiam cum plena sua voluntatis resignatione; Aliàs demum Anima se componit juxta varios affectus, & sensa, quæ suggerit unctio Spiritus Sancti tamquam præcipuus hujus Facultatis Magister*, ut egregiè has spirituales operationes in unum colligit insignis vitæ Asceticæ Præceptor *Ven. Ludovicus à Ponte in Vita Balthasaris Alvarez cap.* 41., quem plurimùm commendat perspicax, & acer Episcopus Meldensis Bossuet *par.* 1. *Mystic. in tuto posit. cap.* 21. Et latiore calamo occurrens objectis recenset, & declarat hæc omnia citatus Reguera *lib.* 5. *quæst.* 3. §. 4. 5. *&* 6., ubi probat, Animam multa operari in hoc mystico somno, nec dari suspensionem omnis actus amandi, & intelligendi, ut supra præmissum est; imò diversum si quis sentiret, accederet errori. An autem actus prædicti, quos hucusque recensuimus, & qui proprii sunt animæ in Deo per meditationem, & contemplationem quiescentis, exerceri possint à Dormiente somno phisico, & materiali, gratissimum erit à Postulatoribus declarari, & illustrari, ut apertissi-

tissimè, & luce clariùs constet, Ven. Alphonsum non habuisse errorem, imò nec ullam imaginem erroris, affinis Propositionibus 25. *&* 63., quas inter alias Innocentius XI. in celeberrima sua Constitutione *Cœlestis Pastor* die 20. Novembris 1687. solemniter proscripsit, & damnavit.

38 *Ad visiones, apparitiones, & revelationes* quod attinet, operæ pretium non est in his diutiùs immorari; cum illæ, tàm spectatâ qualitate, quàm numero, tempore, frequentiâ, & quibuscumque adnexis circumstantiis, expensæ fuerint in anteactis Congregationibus, in quibus nihil præteritum est à Sapientissimis Oppositoribus, nihil à Postulatoribus omissum; ideòque utiliore consilio reiicimus adhuc dubitantem ad præcedenter scripta. Detur itaque in præsentiarum locus noviter animadversis in hac revelationum, & visionum materia. Narrat Servus Dei *in Summ. pag.* 168. *§.* 105., quod *diversis vicibus tractando inter homines, inveniebat se inter Choros Angelorum*. Illusionis certè, aut inverisimilitudinis vitio aliquibus visum est laborare, quod *Summ. pag.* 164. §. 89. legitur = *Evenit huic Personæ dum oraret, prout erat solita, quod quadam vice fuit rapta tali & tanta promptitudine, & spiritus violentia, ut sibi videretur, quod transcendebat Cœlos propter velocitatem, qua ducebatur .... ideoque fuit portata, prout ipsa ibi sensit, nedum supra primum Cœlum, sed etiam supra secundum, & dum transiret per secundum, & per illius materiam, videbatur sibi, quod esset aliquantulum obscurum, ac elapso secundo, & statim atque se vidit positam super eo, fuit constituta, & invenit se circumdatam magno lumine, & splendore valdè excedente lumen Solis*; quemadmodum & raptus ille, quo in die Assumptionis Beatæ Virginis Mariæ, vidisse se ait = *Cœli gaudium, & Angelorum magnum exercitum, plaudentium eorum Dominæ, ac Reginæ* = *Sum. pag.* 153. *&* 154. §. 31.

39 Eodem itidem vitio laborare visus est alter raptus Servi Dei, quem narrat *Summ. pag.* 249. *§.* 532. = *Cum esset in lecto, evenit eidem quadam nocte, nescit tamen quomodo istud factum fuerit, ut impensatè invenerit se in Ecclesia ..... flectentem genua in conspectu SS̄mi Sacramenti, prout erat solitus; videtur, quod non fuerit somnium, sed quod ipse met erat in spiritu, & hoc modo existendo flexis genibus, fuit raptus in elevatam orationem puritatis mentalis, & in raptu isto invenit se cum magno fervore, & fuit visitatus a Jesu, & Maria .... & aliquibus vicibus, veluti duabus, aut tribus, revertebatur aliquantulùm in se, & videbat, quod quidam Puer cum quadam parva virga accedebat ad illius oculos, & dicebat: in raptu existis*.

40 Phantasiæ item, ac propriæ imaginationis devotum opus timeri potest Apparitio illa, quam narrat sibi factam à *Jesu & Maria*, dum quadam vice *recitaret Rosarium*, in qua Christus Jesus *sedit intra cor ipsius Personæ, & Virgo Maria, quæ portabat secum aliud cor, posuit illud huic Personæ in aliud latus dextrum, & immisit intra illud, taliter quod intus hanc Personam accommodarunt se tali, ac tanta præsentia sua sensibili, ut huc usque vicissim sibi duret.... licèt lapsi fuerint plusquam duodecim anni à die, qua istud ei evenit* = *Summ. pag.* 154. *§.* 33. *& pag.* 262. §. 612. Quemadmodum & altera B. Virginis apparitio dum iter laboriosum faceret cum quodam Patre *ad Castrum de Belcier* tempore æstivo, quæ quidem *B. Virgo venit ad ipsum alleviandum, & cum quodam linteolo, quod portabat, tergebat sudorem vultus hujus Personæ* = *Summ. pag.* 178. *§.* 143.

41 Sed levia hæc fortasse sunt; graviora adhuc quibusdam videntur, quæ sequuntur. Dei namque Servus de P. Ricco Societatis Jesu loquens *Summ. pag.* 266. *§.* 630. *&* 631. ait, quod *habita notitia ejus mortis, in instanti vidit illum in Cœlo valde lætantem, & gaudio plenum eo modo, quo videtur Sol in*

in Oriente de mane cum magno splendore, & erat ejusdem coloris, sicuti est Sol... Vidit dictum P. Ricco existentem in conspectu Dei sui.... & fuit communicatum huic Personæ, quod existebat IN MAGIS SUPREMO LOCO, QUAM ANGELI PRIMI GRADUS = & tamen hæc Persona §.629. de eodem P. Ricco ait = *se audiisse quemdam sonum quasi vocem sibi dicentem = In Purgatorio purgabit* (P. Ricco) *hunc sermonem* (concionabatur namque ad Populum in Ecclesia de Misericordia) *& causa erat, quia dictum Sermonem fecerat in lingua Bethica, quia vix nemo ex illo utilitatem consequutus fuit.... Mulieres enim dictam linguam benè non intelligunt*. Quomodo itaque ait = *quòd habita notitia mortis P. Ricco, in instanti illum vidit in Cœlo valde lætantem* = si quemdam è Cœlo sonum quasi vocem sibi dicentem audivit = IN PURGATORIO PURGABIT HUNC SERMONEM?

42 Et quoniam de revelationibus agimus, non me quidem latet, ut *Augustini* verbis utar = *posse quempiam se in actione, profectuque justitiæ perseveraturum usque in finem scire, si aliqua revelatione ab illo fiat certus, qui de hac re justo, latentique judicio non omnes instruit, sed neminem fallit, lib.*22. *de Civit. Dei cap.*12., sed dubitatio hoc loco est, num revelationes, quas Dei Servus sibi à Deo fuisse factas sæpè narrat circa remissionem suorum peccatorum, suæque salutis certitudinem *Summ. pag.*173. §.124. = *remissa sunt tibi peccata tua; & pag.*194. §.211. = *jam es in gratia mea constitutus, & eris in perpetuum; & pag.*272. §.655. = *remissa sunt tibi peccata tua quoad culpam, & pœnam*, veræ ac certæ fuerint, atque ab eo factæ, qui *etsi non omnes instruat, neminem tamen fallit*. Dubitandi locum facit dubitatio ipsa, ac timor Servi Dei, ne à malo spiritu hac in re deciperetur *Summ. pag.*233. §.421. *Evenit tamen huic Personæ quidam non modicus labor proveniens ex cognitione, quod* NON DECIPIATUR A DOEMONE, ASSECURANDO *ipsam, quod est in gratia Dei constituta, faciendo hoc modo, quod quatenus non sit in ea constituta, non quærat modum constituendi se in ea, & isto modo pereat*, DECEPTA AB IPSO DOEMONE, DUM DICIT EIDEM QUOD EST CONSTITUTA IN GRATIA DEI, CUM TAMEN NON SIT. Dubitationem auget ingens Servi Dei mœstitia & afflictio, qua aliquibus vicibus dubitabat, *an esset excommunicatus, nec ne, propter vitam præteritam, & an incidisset in aliquas Censuras &c.* = *Summ. pag.*247. §.526. Dubitationes namque ejusmodi cum revelatione sibi facta de remissione peccatorum, deque certitudine salutis, & gratiæ Dei, satis cohærere non videntur.

43 Specialem etiam animadversionem meretur, quod *Summ. pag.* 204. §.269. legitur = *Tanto desiderio languet ista Persona salutis animarum, ut sibi eveniat, quod invenitur in spiritu cum omnibus Personis existentibus in Mundo, uno & eodem puncto, & tempore*, TOTA IN QUALIBET, ET TOTA IN OMNIBUS, *tractando cum quolibet in solidum in spiritu, & cum omnibus uno, eodemque tempore, tractando cum eis de brevitate vitæ, de pœnis Inferni, de gloria, de infinita bonitate Dei.... cum autem hæc persona summo desiderio desideraret prædicare omnibus Hominibus totius Mundi ad hoc, ut servirent Deo cum magno desiderio eorum salutis, & non condemnarentur, fuit eidem responsum, quod consequeretur meritum pro præmissis debitum suorum bonorum, & tàm perfectorum desideriorum, perinde ac si illud fecisset, & operatus fuisset* = Et clariùs, ac breviùs apud *P. Torrentem* ejus Confessarium *Summ. pag.*39. §.40. = *Vidi me constitutum in omnibus animabus totius Mundi, & totius ejus circuitus, cum magno desiderio, quod omnes salvarent se, desiderando docere eas; & post hæc reversus in me, dixit mihi Deus:*

TAN-

TANTUM MERITUM ACQUISIVISTI, SICUTI SI CONVERTISSES OMNES.

44 Id namque finitos ſpiritualis ſubſtantiæ limites omninò tranſcendit, ac limitatam creati ſpiritus præſentiam, atque operationem ad id prorſus extendit, quod ſolius Divinæ præſentiæ, potentiæ, atque immenſitatis proprium eſſe videtur.

Quæ dicta ſint ſub cenſura; ſalvo ſemper &c.

Benedictus Veterani S. Fidei Promotor.



MAJORICEN.

Beatificationis, & *Canonizationis*

VENERABILIS SERVI DEI

ALPHONSI RODRIGUEZ

Coadjutoris Temporalis Formati Soc. Jesu.

RESPONSIO

FACTI ET JURIS

AD NOVISSIMAS

ANIMADVERSIONES

R. P. FIDEI PROMOTORIS

SUPER DUBIO

An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate in Deum, & Proximum, ac de Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico in casu, & ad effectum, de quo agitur.

BEATISSIME PATER

1 UONIAM plerisque sapientissimis Suffragantibus *in Congregatione Præparatoria* assidentibus *die* 13. *Septembris* 1757. inita a nobis *defensionis ratio aptissima* visa est ad illustrandam, demonstrandamque VEN. ALPHONSI RODRIGUEZ, *juxta*, & *supra proprium statum* Coadjutoris Temporalis Formati Societatis Jesu, *heroicitatem*, & *Sanctitatem*; non dubitamus, quin ad æquas justitiæ & Sanctuarii lances appensis libratisque novissimis, quæ adhuc apud aliquos resedisse asseruntur, sive suspicionibus, sive difficultatibus, unanimis amplissimorum Patrum Sententia sit, quam ipsum denique infallibile SANCTITATIS VESTRÆ oraculum subsequatur = *Constare de Virtutibus* ejusdem Ven. Dei Famuli *in gradu heroico*, prout iterùm humillimè supplicamus.

2 Et quia novissima Animadversio, obiter nonnullis commemoratis de *priori vitæ parte* a Ven. Dei Famulo acta *in seculo*, ut ibi *num.*2. & 3., mox ad

A ea lu-

ea lu culentiùs considerenda descendit, quæ pertinent ad reliquum vitæ tempus *per annos* 45. in statu *Religioso* in summa *perfectione*, & *heroicitate* traductos usque ad obitum, ut ibi *num.*4. *ad* 12., & alia demùm in ordine ad *Relationem Conscientiæ* ejusdem Ven. Dei Famuli, ut ibi *a num.* 13. *ad* 44. *final. per tot.* Hinc nos, eidem R. P. Fidei Promotoris ordini planè dilucidissimo inhærentes, nostras quoque *Responsiones* in *tria Capita* partiri operæ pretium ducimus.

CAPUT PRIMUM

De iteratis nonnullis præliminaribus observationibus super statu Seculari VEN. SERVI DEI.

3 QUOD itaque, *veluti præliminariter*, ait novissima Animadversio de „ statu Seculari Ven. Dei Servi *cit. num.* 2.. nedum scilicet deesse „ pro eo tempore castigatissimam Vitæ innocentiam, sed plura peccata depræhendi, ob quæ ab accepta justificationis gratia pluriès excide- „ rit „ Id non ita accipiendum est, quasi Dei Famulus aut *in vitiis habituatam*, aut ullatenus *scandalosam* in seculo *vitam* duxerit; Certissimè enim ex Testibus, etiam de visu, qui ipsum Segoviæ de eo tunc agentem noverunt, tum in *adolescentia*, tum *in statu Matrimonii*, tum deinde etiam *in statu viduitatis* ante ingressum in Religionem, constat oppositum.

4 Primò nempe, quod ipse a piis parentibus, appositè ad publicam Christianæ Religionis, & probitatis morum opinionem, qua apud omnes floruerunt in exercitio innocentissimæ mercaturæ, seu fabricationis optimorum pannorum Segobiensium, piissimè cum aliis fratribus, & sororibus, & in tenerrima signanter devotione erga Beatissimam Virginem, fuit educatus.

5 Secundò, quod in ætate decem aut duodecim annorum, unà cum majori fratre ad Complutensem Academiam missus est ad studia literarum, sub oculis ac directione Patrum Societatis Jesu; quodque mortuo intrà annum Genitore, ac Domum redire, & Paternum honestissimum mercaturæ genus continuare coactus, mox etiam majori fratre defuncto, honestissimam congruo tempore uxorem duxit; ac matri, fratribus, sororibus, & numerosæ sustentandæ familiæ pluribus annis incubuit.

6 Tertiò, quòd nihilominus hoc etiam tempore frequentationi erat deditus Sacramentorum in Ecclesia Collegii Segobiensis Soc. Jesu, ubi Confessarium habuit *P. Aloysium Santander* (quem ibi pariter sibi a confessionibus tunc habuit *S. Theresia*) & *in suo commercio pannorum procedebat tam æquè & honorificè, ut hinc potiùs amiserit, quàm lucratus fuerit, cùm commercium potiùs ad lucrum, quàm ad jacturam tendat*, juxtà præcisa verba Testis V. Processus Segobiensis, cum quo consonat Testis II., qui itidem Dei Famulum novit *dum esset conjugatus, & ipse Testis ad ejus domum accederet &c.*, & Testis IV., qui eum tunc pariter novit, *& in tutto il tempo che lo conobbe &c. lo vide &c. portarsi con segni di molta virtù, & allora avrà avuti ventotto anni &c., ed in questo concetto lo tenne, e fu tenuto dalle altre persone, che lo conobbero, e trattarono*; & prout latiùs hæc omnia a nobis in facto probata sunt *in secundis Responsionib. a pag.* 50. *ad* 59. *a num.*94. *ad* 108. *per tot. ibique in Not. litt. f. g.* & in Elencho tunc pariter distributo *part.I. §.*1. *ad* 5. *pag.*1. *ad* 20. *per tot.*

§. I.

§. I.

Ad noviſſimas ANIMADVERSIONES *num.* 2. RESPONSIO.

7 Quibus in facto ita ſe habentibus, manifeſtum eſt, *expreſſiones* de hoc ſuo *primo ſtatu ſeculari* poſtmodùm adhibitas *a Dei Famulo* in ſua Relatione Conſcientiæ (conſcripta *poſt ſeptuageſimum ætatis annum*, adeoque *in ſtatu altiſſimæ perfectionis*) ita eſſe accipiendas, ut *congrua congruis* referantur; non ita ſcilicet, ut in ſuo primo ſtatu ſeculari ab *omnibus* etiam *lethalibus peccatis* prætendatur immunis; nam & nos ſecùs diximus *in præfat. ſecund. Reſponſ. pag.*63. *& ſeq. num.*118. *&* 119., & ipſe utique de ſe memorat Ven. Dei Famulus *in cit. Relat. pag.*252. §.550. quod tunc aliquando *mortaliter peccabat*; ſed cùm hæc expreſſio de *paucis* peccatis, iiſque penitùs *occultis*, ac etiam de *merè mentalibus cogitationibus* verificari poſſit; cum nullibi aliquod præterea de ſe peccatum *cum aliorum* publico *ſcandalo* conjunctum commemoret idem Dei Famulus; & *ab oppoſito* per Teſtes etiam de viſu, & apprimè conteſtes, certiſſimum ſit, ipſum etiam *de eo tunc* optimam *Chriſtianæ pietatis*, & *morum honeſtiſſimorum opinionem* præſetuliſſe *apud omnes*, & quidem cum non intermiſſa *de eo tunc* etiam *Sacramentorum frequentia*, quibus certò certiùs præſumendum eſt eadem *peccata* fuiſſe *expiata*; Planum eſt ex præfatis, aliiſque Dei Famuli *expreſſionibus* de ſe poſtmodum adhibitis in ſtatu *flagrantiſſimi Dei amoris*, & ſummæ *exhorreſcentiæ* ab omnibus *Divinis offenſis* etiam *minimis* (ut ex ipſo integro Ven. Dei Famuli *contextu* patet a nobis relato, & expenſo *in in citat. ſecund. Reſponſ. pag.*64. *& ſeqq. a num.*118. *ad* 122.) planum eſt, inquam, exinde jure argui omnino non poſſe ullum prævium Dei Famuli *peccandi genus*, ſive cum *conſuetudine*, ſive cum *publico ſcandalo* conjunctum, quaſi antea *in ſeculo perditè* reverà vixiſſet, quod à veritate prorſus abhorret.

8 Nec etiam proinde locum habet in caſu noſtro, quod ex D. Gregorio memorat ſa. me. Benedictus XIV. exadversò allegatus *cit. num.* 2., ſed illud potiùs ejuſdem S. Gregorii monitum *lib.* 31. *Moral. cap.* 45., ubi illa Jobi verba explicans *cap.*4. *auditu auris audivi te, idcirco me reprehendo* = *Quia* (inquit) *interno oculo veritatis lumen magis conſpexerat, humanitatis ſuæ tenebras dijudicans plus videbat; unde & ſequitur = idcirco me reprehendo. Quantò enim quiſque ſe minus videt, tantò ſibi minùs diſplicet; & quanto majorem Gratiæ lumen percipit, tantò ampliùs reprehenſibilem ſe eſſe cognoſcit.*

9 » Neque aliter omninò extundere datum eſt, ex noviſſime allegato loco » præfatæ relationis Conſcientiæ Dei Famuli, quo aliquandò dubitaverit, » *an eſſet excommunicatus, nec ne, propter vitam præteritam, & an incidiſ-* » *ſet in aliquas cenſuras*. Conſtat enim ex ipſo integro contextu relegendo *in Summ. prima Poſition. num.* 30. *pag.* 247. *in fin. & ſeq.* §. 526. *ad* 528. juncto *Hiſpanico originali Dei Famuli*, quod non de aliquo peculiari facto ſeu actione vitæ præteritæ angeretur Dei Famulus, cui de jure aliqua *cenſura*, ſeu *excommunicatio* eſſet adnexa, ſed quod unicè *vanis timoribus*, & *inanibus ſcrupulis* aliquando afficeretur *tantùm in genere*, cogitando, an fieri poſſet, ut in *tota vita præterita* in aliquam unquam *excommunicationem* incidiſſet, *ſe penitùs inſcio*; idque ut ne ipſe ex hoc capite *ſe excluſum* reperiret *a gratia Dei*, ibi = *Tambien le aconteciò a eſta perſona, que algunas vezes* LE VENIAN TEMORES, QUE LA DAVAN PENA, *y afflicion*, TEMIENDO SI ESTAVA DESCOMULGADO, O NO, DE

LA VIDA PASADA, Y CAHIDO EN DESCOMUNION; y entre estas, la vez postrera, COMO TEMIESE TANTO NO ESTUVIESSE DESCOMULGADO SIN SABERLO. Neque enim in hoc originali contextu Hispanico ulla *censuræ* mentio habetur, nec illa *causalis* quam habet versio Latina, *propter vitam præteritam*; sed unicè ibi = *de la vida passada*, quod idem est ac *de tempore* (eoque omnino generico) *vitæ præteritæ*; idque rursùs absque ullo positivo facto, aut scientia propria = *sin saberlo*; quod verè, ac propriè, a.que unicè *ad vanum timorem*, seu *scrupulum* pertinet, non ad *dubium* positivum, quod ex positivo aliquo peculiari facto proveniret, uti nemo non videt. Eoque certiùs. quod post hæc omnia cum Confessario communicata, & post ferventissimum habitum recursum ad orationem, tandem certissimè sibi patuit, quod = *Deus ipsum assecurabat intra se de omnibus præmissis; ideoque hic EVANUIT, & ANNIHILATA fuit TEMPESTAS SCRUPULI an esset excommunicatus, nec ne, & REMANSIT IN PACE = Porquè su Dios le asseguravà allà dentro de todo; y assi aqui se acabò, y deshizo la tempestad del escrupulo si estava descomulgado, o no, y quedò en paz.*

10 Nempe & hic illud Sancti Gregorii monitum locum habet, quòd = *Bonarum mentium est ibi etiam culpam agnoscere, ubi culpa non est*; & sicuti non raro apud bonas mentes *vani timores* insurgunt, *an fuerit quis reverà baptizatus, absolutus &c.*, ob possibilem *intentionis defectum in Ministro baptismi, aut Pœnitentiæ &c.*; ita idipsum multò magis locum habere potest in subjecta materia *censurarum, & excommunicationum*; in qua etiam Apostolica Sedes *pro quibuscumque gratiarum concessionibus* absolutionem a Censuris præmittere solemne habet; *si quibus* quis *quomodolibet innodatus existat, absolventes, & harum serie absolutum fore censentes &c.*, & in ipso similiter Pænitentiæ Sacramento, absque eo quòd Pænitens se ullius censuræ reum noverit, aut accuset., adhuc *formula absolutionis* est, ex præscripto Ritualis Romani, ibi = *Misereatur tui &c., Dominus Noster Jesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis* (quod verbum *suspensionis in Laicis* omittitur) *& interdicti &c.* Quid si itaque, ad hanc ipsam *absolutionis formulam*, & *Ecclesiæ intentionem* in ea adhibenda, *aliquando advertens* Dei famulus, merus *Temporalis Coadjutor*, & non studiò deditus literarum, inde forsitan *occasionem* haurire potuerit ejusmodi *timorum*, *& scrupulorum*?

11 Et hoc unum, quod semel constito de *nullo fundamento* ejusmodi *timorum*, imò de *vera scrupulositate*, in reliquis nonnisi *clarior* exinde effulget in Ven. Dei Famulo *Divinus amor*, & major, ac maxima *æstimatio Divinæ gratiæ*, & intensissimi *actus* internæ cum Deo *unionis*, & summi *horroris*, & *aversionis* a quacumque *Divina offensa*, etiam *minima*, uti ex ipso contextu, ubi quòd idcircò = *positus in conspectu Dei cum magno spiritus fervore repræsentabat ei hunc lab rem, petendo ab ipso favorem, & offerendo se ipsum totum ex toto corde suæ Divinæ Majestati, ei dicendo &c. Domine quid me vis facere &c., paratus sum enim facere quidquid tibi placitum erit propter tui gloriam & honorem &c. etiamsi oporteat me mori, & pati infinitos labores*; & rursùs in hisce agitationibus = *vulneratus Dei amore, & cum summo desiderio placendi, & serviendi eidem Domino, impensatè in instanti cum esset solus cum solo Deo cum magno spiritus fervore, & ardenti Dei amore, venit super ipsum quodam magno impetu Divina lux &c., & simul & semel in eodem instanti pace & tranquillitate, & requie suæ conscientiæ, ac clara cognitione &c., per quam fuit assecuratus, quod erat constitutus in Dei gratia*; & infrà rursùs, ubi de his omnibus concludit, quòd *tantò magis*

git desiderabat ire ad videndum Deum suum, quàm vivere, & commorari in hac vita &c.; quod utrumque de se olim ajebat etiam Apostolus, cogitans aliquando = *anathema esse a Christo pro fratribus*; & alibi idipsum *cupiens, dissolvi, & esse cum Christo*: quod totum proinde nonnisi Sanctorum est proprium.

12 Non itaque *in primo statu Seculari* Dei Famuli eam peccatorum colluviem e adverso reperire datum est, ob quam ipse *perdite vixisse* dici posset, aut reverà *Dei oblitus, & negocii propria salutis aterna*; & nos e contrà de eodem ejus statu adhuc seculari *per decennium ante Religionis ingressum*, tot ac talia de ipso dedimus certissima argumenta *omnigena Mortificationis*, ut in dubium verti nequeat, quin *de eo tunc* adhuc secularis *dignos*, & *heroicos fructus* fecerit *Panitentia*, veluti pleníssimè liquet *in secundis nostris Responsionibus a pag. 62. ad 74. a num. 116. ad 140.*, & in Elencho iisdem Responsionibus adnexo *a num. 6. ad 15. pag. 20. ad 48. per tot.* Ibi siquidem probatum est, quòd mortua uxore, uberrimo Divinæ gratiæ lumine supernè illustratus, ac magis intima sui ipsius, ac Divinæ Majestatis cognitione commotus, mundanæ negociationi valedicere, ac Deo ex toto corde servire constituit; quòd peractâ in hunc finem generali totius anteactæ vitæ in amaritudine animæ, & lacrymis Confessione, austerissimæ pœnitentiæ a 31. vel 32. ætatis anno, in jejunio, fletu, cilicio, & flagellationibus toto triennio se addixit, & magis assiduæ Sacramentorum frequentiæ, ac jugi Orationi tum vocali, tum mentali; ita quidem, ut ab exercitiis viæ purgativæ, & illuminativæ, cum sensibili etiam communicatione, & participatione in spiritu mysteriorum vitæ, & mortis Christi, & ejus præsertim vivificæ Passionis, ad heroicæ etiam perfectionis gradum, & viam unitivam in ipso adhuc seculari statu degens ascenderit; quòdque mortuo subinde etiam filio (quem SSmi Patriarchæ Abraham exemplo ipse quoque Deo spiritualiter, & maximo cùm merito immolasse dici potest) egressus de Terra sua, & de cognatione sua, Valentiam venit; ubi ferè biennio in summæ paupertatis, mortificationis, & humilitatis exercitio traducto, & non sine etiam insigni dæmonis astu superato, in Societatem Jesu tandem admissus est, & quidem = *a titolo di Santo* = die 31. Januarii 1571. ætatis 40. Nam taliter reverà in Christianæ altissimæ perfectionis exercitio jam tunc provectus erat, ut vix exacto semestri spatio in Tyrocinio Societatis, *eodem anno 1571. de mense Augusti*, fuerit a Superioribus, ut veteranus jam Christi miles, ad sanctificandum Majoricense Collegium assignatus; ubi deinde reliquum vitæ spatium *in statu Religioso* per alios *46. annos* in sublimi omnium Virtutum exercitio, & heroicitate traduxit *usque ad obitum* secutum *die 31. Octobris 1617.* in ætate *annorum 86.*

13 Hæc autem cum non solo Dei Famuli dicto a nobis probata sint; sed *externi actus* respectivè etiam *per Testes* de visu, & auditu proprio sint comprobati, qui illum de eo tunc *Ecclesias*, & *Sacramenta magis frequentantem* viderunt, & *valde exemplariter vixisse*, & idipsum *ab aliis videntibus audivisse* referunt, & signanter *a duabus Sororibus Dei Famuli*, quæ & ipsæ in magna *Christiana perfectionis*, & *Sanctitatis opinione* vixerunt, & obierunt, & in reliquis idipsum pariter fuisse dicunt *apud omnes publicum atque notorium*, uti signanter *in cit. Respons. pag. 66. num. 124. ibique in not. litt. K.* Cumque ad hæc insuper, & signanter *pro internis rebus*, ipsi etiam *duo Confessarii* Dei Famuli superaccedant, qui licèt *pro illo tempore*, & pro iis *numericis actibus* non sint de visu, sunt tamen de visu de eorum *jugi continuatione*, & *augmento* intrà *eandem speciem* pro posteriori tempore

re *usque ad obitum*; & certissimum sit, *summam* posteriorum *temporum perfection·m*, & *heroicitatem* haberi non potuisse sine *prævio* & longo *exercitio* eorundem *actuum* in eadem specie *pro tempore anteriori*; & nihilominus iidem Confessarii pro illo etiam *antiquiori tempore*, præter humillimam, & ingenuam Dei Famuli *confessionem*, & *conscientiæ relationem ex obedientia* conscriptam, sint etiam *de auditu a videntibus*, vel ab aliis saltem *qui a videntibus audierunt*, superaddito etiam *notorio*, *& fama publica*, intrà & extra Societatem, *ut in præfat. Respons. a cit. num.* 124. *& seqq.*, & latiùs infra suo loco; Immeritò proindè, & prorsùs immeritò aliquos ex Rmis Suffragantibus conquestos fuisse refert novissima Animadversio *num.* 3., quasi *tota* ejus temporis *probatio* nonnisi *ex ore unius Ven. Dei Famuli* eruatur, quod a veritate penitùs est alienum, uti patet ex dictis.

§. II.

Ad novissimas ANIMADVERSIONES *num.* 3. RESPONSIO.

14 Minusque subsistit eorumdem illorum Rmorum Suffragantium *dubitatio*, „ quòd ullibi Dei Famulus *asserverit*, se supernarum *visionum* consolatione „ recreatum *eo quoque tempore*, *quo adhuc erat in seculo conspersus Mundano* „ *pulvere*, uti refert novissima Animadversio *cit. num.*3. = Certissimè siquidem in facto liquet oppositum, ex nostris secundis Responsionibus *pag.*122. *&* 123. *num.* 232. *ad* 234. *per tot.*, quod nimirùm, præcisivè loquendo ab *unica visione*, seu *apparitione Beatissimæ Virginis*, quæ Ven. Dei Famulo contigit *in statu innocentiæ*, & *ante usum rationis* (quidem opportunissimè, ad eum monendum *de filialis locutionis excessu* in ordine *ad amorem*, tunc utique *supernè infusum*, supra capacitatem ætatis) ut *in cit. Respons. num.*232., in reliquis certum est, quòd *ab infantia* Dei Famuli *usque ad trigesimum & ultra ætatis annum*, & quousque *in seculo fuit uxoratus* (de quo unicè tempore aliquali, *Mundano pulvere adspersus* dici potest) *nulla* omnino *neque visio*, neque *revelatio* de ipso legitur, neque in citata Relatione Conscientiæ, neque alibi apud Testes, aut Historicos, aut Confessarios, aut alium quemlibet.

15 Nec aliter evincit exadversò allegatus locus *ex Sum. n.*30. *§.*5. *& seq.*, quia hic ipse locus expresfsè loquitur *de tempore posteriori*, postquàm scilicet Dei Famulus *asperrimæ pœnitentiæ*, & *lacrymis toto triennio se addixerat*, & *exercitio orationis*, ut ex contextu, ibi = *Dum esset ætatis* 31. *seu* 32. *annorum parum plus vel minus &c. tetigit illum Dominus &c. & dedit ei gravissimum dolorem, & mœstitiam, quòd offendisset Deum, & consumebat magno dolore noctes & dies cum LACRYMARUM abundantia &c., QUÆ DURARUNT EI TRIBUS ANNIS, cum tali & tanta abundantia, & CONSOLATIONE, eo quòd PROCEDERENT AB AMORE, QUEM JAM ERGA DEUM SUUM ACQUISIVERAT &c., UT CONSUMERETUR IN DEI AMOREM &c.*; & de hoc porrò tempore est prima visio habita Christi Domini cum S. Francisco, non autem de tempore anteriori quo erat uxoratus in seculo; nam expresfsè subdit *cit.* §.5. ibi = *ISTOMET TEMPORE in Civitate Segobiensi, dum propriæ domi suæ maneret, & UXOR EJUS ESSET JAM MORTUA, habuit quandam visionem in somnis, & vidit Christum Jesum, & alios Sanctos, inter quos erat S. Franciscus &c.*, quæ *prima* porrò fuit *visio* tunc habita a *Dei Famulo*, ut ex *Chronologico earum ordine*, quem cum *notis circumstantiarum*, ac *temporum*, & cum *speciali singularum fructu* in exercitio *Virtutum*, & sem-

ſemper *majoris perfectionis*, dedimus ex gr tia relegendum in præfatis ſecundis Reſponſionibus *a num.* 118. *ad* 136. *pag.* 68. *& ſeqq.*, & latiùs ac per extenſum *in præcit. Elench. a num.* 7. *& ſeqq. a pag.* 23. *& plurib. ſeqq.*

16 „ Nam quod de præfato *intimo dolore contritionis*, & *uberrimis lacrymis* per
„ Ven. Dei Famulum *toto triennio profuſis*, diu noctuque *lectum ſuum rigan-*
„ *do, ad inſtar alterius David*, iterùm motivatur exadversò *cit. num.* 3. =
Non id ita accipiendum eſt, quaſi ſe arroganter Dei Famulus *pro altero Davide prædicaverit*; ſed ita, ut in ſua pœnitentia, dolore, ac lacrymis *optimum* uſque ab initio *ſibi EXEMPLUM propoſuerit AD IMITANDUM pœnitentiſſimum DAVIDEM*; quo abſolutiſſimo *exemplo in mente, ac præ oculis jugiter habito*, ſeſe, *ad inſtar ejus*, ad intimum dolorem pro viribus excitaverit; & *ad ejus inſtar*, proprios *oculos ad lacrymas* jugiter *provocaverit*, ſibi ab eis intelligens *non eſſe temperandum*, nec etiam dum *in lecto* quieſceret de tempore *noctis*; quod utique ſanctiſſimum eſt; nam ad id paſsim ab Eccleſia, & Aſceticis incitamur, ut videlicet intimo dolore cordis, & amaris lacrymis *AD INSTAR Sancti Regis DAVID, & Apoſtoli DIVI PETRI peccata noſtra aſſiduè defleamus*; cujus *utriuſque* proinde *exemplum* nedum pro eo triennio, ſed jugiter etiam *in poſterum* præ oculis habuiſſe Dei Famulum, & adamuſsim fuiſſe *imitatum*, certiſsimè liquet ex depoſitionibus *pluſquam viginti Teſtium de viſu*, & obſervatione propria, quos dedimus *in præcit. Elench. num. XLVII. pag.* 121. *& ſeqq.*; ex quibus aliqui id etiam notant, quod *aſſiduæ* lacrymæ *duos* veluti *ſulcos* in ejus *genis* atque *oculis excavaſſent*, ex quo etiam *exteriori aſpectu* D. Pe-
(a) tro quàm *ſimillimus* appareret (a) qua de re plura etiam alibi diximus *in Secund. Reſponſ. pag.* 38. *num.* 72.

17 „ Quodque demum alicui forſitan *duriora* viſa fuerint ejuſmodi *dona ſuper-*
„ *naturalia*, quaſi nimis properè Dei Famulo conceſſa *in limine propriæ con-*
„ *verſionis*, ut innuit Animadverſio *cit. num.* 3. = Id nullatenus officere aptum eſt eorundem Donorum veriſsimæ *ſubſiſtentiæ*, & ſupernaturalitati. Hoc ipſo enim, quòd *gratuita* Dei *dona* ſunt, non ſunt per conſequens neque circumſtantiæ *temporum*, nec perſonis alligata; quia ea *cui*, *quando*, & *quomodo* vult, elargitur Deus, uti cuique in Aſceticis verſato eſt notiſsimum; Imò potiùs ex quadam veluti conſtanti inductione hiſtoriæ *Sanctorum*, ac ſignanter maximè *pœnitentium*, veriſsimum eſſe depræhenditur, quod non raro Deus per hujuſmodi veluti *delicias*, aut ipſam *primam* eo-
(b) rundem Sanctorum pœnitentium *vocationem* perficit (b) aut iis *ſubinde* ſemper *majus ſtudium* promovet altiſsimæ *mortificationis* = *eſſendo queſta la maſ-*

(a) Ita enim Teſtis XVII. *cit. Elench. pag.* 121. = *quod ſemper fleret, & fluebant lacrymæ ab ejus oculis, & erat ſimilis Sancto Petro in oculis propter fletum*; Teſtis XXI. = *quod Deus dederat illi donum lacrymarum, propter quod ejus lacrymalia erant læſa*; Teſtis XXIV. = *Vidi multoties &c. lacrymas profluentem, & videbatur in eo, quod habebat oculos, & lacrymale combuſtum, & quaſi canalem*; Teſtis XXXV. = *pro continuis lacrymis, quas effundebat, habebat quaſi canales in oculis*; Teſtis XXXVI. = *taliter quod in oculis habebat nonnullos conductus, & manifeſtè apparebat, quod provenerant ab effuſione lacrymarum*; Teſtis XXXVIII. = *Oculos combuſtos habebat propter lacrymas, habebat enim in lacrymalibus quaſi quoſdam canales*; Teſtis XXXIX. = *in lacrymalibus habebat quaſi conductus propter continuum concurſum lacrymarum*; Teſtis XLI. = *abundabat tanta lacrymarum multitudine, ut in oculis haberet quaſi aquæductus propter continuum fletum &c.*

(b) Veluti ipſorum etiam Gentilium exemplo probat Matthæuccius *in Pract. Theolog. Canon. lib.* 3. *cap.* 3. *art.* 2. *num* 33., ubi de Conſtantino Magno, cui adhuc Gentili apparuerunt SS. Apoſtoli Petrus & Paulus; prout etiam Conſtantiæ ejus Filiæ nondum Chriſtianæ apparuit B. Agnes ut *in lect.* 3. *in Breviario Romano ad diem* 28. *Janua-*

la massima, e lo stile, ch'ei tiene con quasi tutti li Santi Penitenti, cioè quella stessa che vediamo da Dio praticata con il nostro Alonso, e ch'egli pure c'insinua a maraviglia ne' scritti suoi, cioè che in questi primi anni della sua quasi fanciullezza spirituale in Segovia lo alletto Iddio, ed animo con modi ammirabili, affinchè fussegli più sopportabile il rigoroso studio dell'orazione, mortificazione, e penitenza, ut cum unanimi Asceticorum consensu, ac D. Bernardo, D. Thoma, & Suarez *tom.2. de Relig. lib.2. de orat. cap.* 11. *n.*10. & aliis, in concreto nostro casu bene adnotat P. Franciscus Colin, a nobis alibi relatus *in secund. Respons. pag.*71. *& seq. num.*134. *&* 135., ubi & illud advertimus, quod etiamsi primæ illæ *visiones* non supremi gradus, seu *Intellectuales* dici velint, sed *corporea*, aut *imaginaria*, in *somno*, vel *vigilia*, adhuc semper sufficit esse Divinas, *come ne abbiamo nel vecchio, e nuovo Testamento le testimonianze dell'uno, e l'altro Giuseppe, li sogni de' quali con ragione i Santi Padri chiamano Profezie, e verissime rivelazioni; ne io sò vedere, che manchi alcuna delle necessarie qualità, per essere tali eredute ancor quelle &c. di questo nostro gran Servo di Dio*; quin potius illæ hujus generis dicendæ sunt *temporaneo* ejus *statui* tunc magis proportionatæ; = *poiche alle anime, che cominciano ad entrare per tal via cotanto spirituale, e Divina, e sono ancor nuove nelle cose dello spirito, deesi parlare con linguaggio adattato al lor grado d'intendere*, uti optimè idem concludit *loc. cit.*, & in primis monuit Apostolus 1. *ad Corinth. cap.*3. *vers.*1. *& seq.*, ubi = *Ego* (inquit) *Fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed . . . tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis*.

18 Et hoc unum est, quod cum ex una parte, jam tunc Dei Famulus ita viveret in statu viduitatis, ut Mundo penitùs abrenunciato, unicè Deo, ac rebus Divinis, per austerissimam mortificationem, compassivam, & tenerrimam Christi passionis contemplationem ad quatuor horas cum dimidia in singulos dies, perque intimum, & ardentissimum Dei amorem, esset intentus; & ex alia parte, ipsæ ejus visiones, & revelationes illius temporis ad hunc ipsum semper majorem, & maximum *progressum* Dei Famuli, maximè conducerent, *in via spiritus*, & *Evangelica perfectionis*, ita quod *singuli* etiam respectivi *casus visionum* in specie, & in individuo, à *virtutum actibus*, & *effectibus* semper *majoris* ad virtutem *incitamenti* non essent omnino *disjuncti*, veluti nos de singulis in specie, & in individuo demonstravimus *in secundis Respons. a pag.*68. *& seqq. num.*127. *& seqq.* manifestum est, adeo in his terminis non officere ejus temporis visiones, ut potiùs attento majori inde hausto *Virtutum incremento* (neque enim ad alium finem easdem visiones inibi retulimus, uti expresse diximus *cit. num.*127.) solidissimi momenti habendæ sint, ad tradita communissime per Asceticos cum Cardinali Bona ibidem relato *pag.*123. *num.*234.

19 Maximè, quia nullatenus sermo est de iisdem Visionibus *approbandis*, sed de *Virtutibus*, neque de *heroicitatis* judicio *pro statu seculari*, sed unicè, ut pateat, non de eo tunc *perditè vixisse* Dei Famulum, sed ita, ut quidquid *mundani pulveris* contraxisset in primo statu *conjugali*, illud postmodùm *ama-*

Januarii; & Attilæ apparuit S. Petrus, ut *in Offic. S. Leonis I. lect.*4., & de Christianis loquendo, sic multi per visiones, & apparitiones ad bonam frugem sunt revocati, ut videre est *in Vitis multorum SS. Anacoretarum* apud Cassianum, Rosvveidum, & alios; & non rara visionum, & apparitionum sub initia conversionis Sanctorum, exempla sunt in Actis Sanctorum Canonizatorum, & signanter *S. Andrea Corsini, S. Joannis a Capistrano, S. Peregrini Latiosi, S. Ignatii Loyolæ, S. Joannis de Deo, S. Margharitæ Cortonensis &c.*, de quibus extant Bullæ Canonizationum *in Cod. Canonizat. Const.*86. 97. 101. 105. 111. *&c.*

amarissimis lacrymis & austerissima *pœnitentia* abundè absterserit adhùc *in seculari statu* degens, & *in viduitate* circiter *per decennium*. Quod quidem adeo præstitit, ut quo tempore deinde admissus est in Societatem Jesu (in ætate annorum 40.) operâ *sui Directoris P. ALOYSII SANTANDER* = *Religioso di gran prudenza, e molto spirituale, con cui perciò ebbero stretta comunicazione di spirito varie persone insigni per fama di Santità, e particolarmente SANTA TERESA DI GESV', che parimente ebbelo per Confessore* (ut in *cit. Respons. pag. 72. & sequ. num. 136.*) inventus sit Ven. Dei Famulus a Provinciali *P. Antonio Cordeses* adeo *in via spiritus profecisse*, ut exclamare coactus fuerit *ibid. in not. litt. n. in fin.* = *Per verità io mi sento astretto ad ammetterlo a titolo di SANTO, perche intendo, che abbia ad esserlo, e molto grande*; atque ita de facto admissus, illicò exeruit = *quell' acceso fervore, che può ognun figurarsi in chi aveva già nello stato di secolare menata una vita da perfetto Religioso*; unde porrò = *compiti sei soli mesi di Noviziato*, ad sanctificandum *Majoricense Collegium* transmissus fuit, ubi statim ipse pariter omnibus anteire deprehensus est = *col fervore, in cui oltrepassò tutti gli altri*, ut *ibid. cit. num. 136. & seqq.*

20 Quæ omnia nedùm penitus *absterfam* quamlibet *antecedentis vitæ maculam*, sed & *superædificatam* in ipso adhuc *seculari statu* altissimam *perfectionem*, certissimè præsupponunt, ut nemo non intelligit. Tantòque magis *idipsum* proinde dicendum est de ejus *statu Religioso*, per *alios 46. annos* in eadem *Societate* traductos; quod porrò *spatium* (posthabita etiam quavis consideratione de statu seculari) *satis superque* esse debet ad *judicium heroicitatis*, prout a nobis alibi in præviis Responsionibus probatum est, & nunc rursus ad evidentiam demonstrabitur; ideoque sit.

CAPUT SECUNDUM

De Statu Religioso, per quadragintasex annos in summa heroicitate traductos usque ad obitum.

§. I.

Ad novissimas ANIMADVERSIONES *num.* 4. RESPONSIO.

1 INGENUE' admittit novissima Animadversio plusquam conspicuum *numerum* 211. *Testium* in quatuor hujus Causæ *Processibus* examinatorum; „ sed quia hunc ipsum *numerum* nimiùm *elevare* contendit, quasi verò, juxta „ varias *subductiones*, ii qui de heroicis Servi Dei *virtutibus* loquuntur, non- „ nisi *ad* 15. *aut* 16. *numero Testes* quodammodo reducantur, & hi vel *non* „ *juxtà eorum ordinem* allegati, vel non omnino *inter se contestes* in omnibus „ & singulis *actibus*, uti quidem asserit Animadversio *num.* 4. „ Idcircò nonnulla advertere opus habemus *in Facto*, ex quorum simplici *narratione* omnis contraria amaritudo penitùs evanescit.

2 Primò siquidem *in facto* certissimum est, quod ex præfato conspicuo *numero Testium* 211., non sunt ita de plano *subducendi Testes* 62., quasi unicè deponant *super Miraculis*; nec enim adeo simpliciter de miraculis loquuntur, ut non etiam *simul & semel* plerique de *aliquo*, aut *aliquibus Virtutum actibus* loquantur, & quidem plerumque *de visu*, & ii signanter, de quibus idcircò in Catalogo singulorum Testium non *absolutè* diximus, *quod deponunt super Miraculis*, sed cum additâ uberiori *scientiæ causa* cognitionis, & con-

conversationis cum Dei Famulo, aut aliàs cum addito *quòd* PRÆCIPUE (a) *deponunt super Miraculis* (a) quæ sanè dictio *præcipuè* supponit *primarium* quidem ejusmodi Testium *intentum* esse, *non tamen unicum*, loqui de *miraculis*; quia de jure eadem dictio idem importat, quod = *maxime* =, & ostendit aliquem *aliis etiam de causis motum esse*, ut *in lege* 1. *ff. de Testib.* notat Glossa *verb. præcipuè*; ejusque vis est *majora includere*, & de aliquo *majorem esse rationem*, non verò *excludere alia*, veluti ad text. *in leg. Pomponius ff. Familiæ herciscundæ*, *& leg. si fratres ff. pro Socio* communiter notant Doctores apud Barbosam *de Dictionib. usufrequen. dict.* 274. *verb. Præcipue*.

3 Secundò, longè etiam *pauciores* esse constat *in facto* illos Testes, qui exad. ,, verso *secernendi esse dicuntur*, quasi unicè deponant *super recognitione cha-* ,, *racteris*, & *super fama Testium præmortuorum*, qui repeti non potuerunt ,, in Processu Apostolico, *cit. Animadv. num.* 4. ,, Præter enim *tres*, aut *quatuor* numero Testes, de quibus idipsum ingenuè, & expressè adnotavimus in Catalogo Testium suis locis, nempe *de nonagesimo nono*, & *centesimo Teste* Processus Apostolici Majoricensis, ut *in Catalogo pag. 9. in princ.*, & rursus de *Teste decimotertio* Processus Apostolici Segobiensis, ut *in eod. Catalog. pag.* 10. *in fin.*, reliqui Testes, & signanter *Decimusquartus*, *Decimusquintus*, *Decimussextus*, & *Decimusseptimus* ejusdem *Processus Apostolici Segobiensis*, & alii *plures* Processus *Apostolici Majoricensis*, non de sola *recognitione characteris*, nec de *bona* solùm *fama* loquuntur *præmortuorum Testium*, sed bene etiam de *ejusdem Ven. Dei Famuli virtutibus*, & *sanctitate*; & quidem Testes *Segobienses* de immediato *auditu a personis* certis *videntibus*, & nominatim *a duabus germanis Sororibus Dei Famuli* (quæ & ipsæ in magna Sanctitatis opinione obierunt) & respectivè a *propriis genitoribus ipsorummet Testium*, qui itidem Dei Famulum *noverant*, uti de singulis videre est *in cit. Catalog. Testium Segobiensium pag.* 10. *&* 11. nam de aliis Testibus Processus *Apostolici Majoricensis*, certum est, *insimul* deponere *de virtutibus* Servi Dei, non de auditu solùm a videntibus, sed etiam *de visu*, & *observatione propria*, & quidem ut plurimùm *a longo tempore*, atque longissimo, ut *in Catalog. Testium Majoricen. pag.* 1. *ad* 9., & rursùs infra suo loco.

4 Tertio autem loco, utique convenimus *theoreticè*, & *in abstracto* cum Rmo ,, Oppositore *de iis Testibus secernendis*, *qui non duplicem*, *sed unicam repræ-* ,, *sentant personam*, *utpotè examinati in Ordinario*, *& repetiti in Apostolico* ,, *Processu*, uti benè ait in abstracto eadem Animadversio *cit. num.* 4. ,, Sed vicissim convenire nobiscum debet *in concreto* Rmus Oppositor, quod in casu nostro ex *omnibus Testibus* examinatis in utroque *Processu Segobiensi*, tam *Ordinario*, quàm *Apostolico*, omnino *nullus est Testis*, qui propositæ *exceptioni* sit obnoxius, quia *omnes Informativi Testes* de tempore Apostolici Processus *erant jam præmortui*, adeoque *omnes compulsati* sunt in *Apostoli-*

(a) Hujusmodi autem sunt sequentes *Testes* numero *quadraginta quinque*, nempe ex Processu Apostolico Majoricen. Testes XLV. XLVI. XLVII. L. LI. LVIII. LXVIII. LXIX. LXXII. LXXIV. LXXV. LXXVI. LXXVII. LXXIX. LXXX. LXXXI. LXXXII. LXXXIII. LXXXIV. LXXXVI. XCIII. XCIV. XCV. XCVI. XCVII. XCVIII. = Ex Processu autem Informativo Majoricen. Testes III. IX. XII. XVII. XIX. XX. XXIII. XXXI. XXXII. XXXIV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XLIII. XLV. XLVI. LXXVI. LXXXIX. = quos proinde si demas a præfatis numero *Testibus* 62. (qui ex hoc capite expungendi exadverso dicebantur) vix reverà supersunt numero *Testes* 16., *aut* 17., de quibus dici possit, quod *unicè* deponant *super Miraculis*, ut patet.

stolico; & sic porrò tam *hi omnes*, quàm cœteri de novo *inducti*, & examinati in *Apostolico Segobiensi*, omnes, inquam, *propriam* & *unicam personam*, non verò *duplicem* repræsentant, ut patet.

5 Verum quidem est, quod *ex Testibus nonaginta* Processus *Informativi Majoricensis*, major pars utique *repetiti fuerunt*, qui in vivis supererant, ac *Majoricæ* reperiebantur de tempore *Processus Apostolici Majoricensis*, quorum porrò *repetitorum Testium Catalogum* ex diligenti *utriusque Processus* indagine pertextum dedimus, ex gratia relegendum, *in secundis Responsionib. pag.* 25. *num.* 51. *ibique in nota litt. c.* At verum est etiam, quod ultra hujusmodi Testes postmodùm repetitos, *alii nonnulli* superfuerunt in Processu *Ordinario Majoricensi* Testes, qui in Apostolico *repeti non potuerunt*, & sunt *numero* circiter *triginta* (*b*) & rursùs longè plures sunt Testes, qui, *ultra repetitos* in Processu *Apostolico*, fuerunt *noviter* inventi, *inducti*, & *examinati* in eodem Processu *Apostolico Majoricensi*, & sunt *numero* plusquam *quadraginta* (*c*) qui proinde omnes *unicam* pariter, & non duplicem *personam* repræsentant; & a numero legitimorum *Testium* non sunt ullatenus excludendi, uti cuique consideranti est notissimum.

6 Quartò siquidem certissimum est, quod ad hanc *Facti*, & veritatis *amussim* bene *libratis* ac *reformatis* contrariis præfatis *supputationibus* circa „ *numerum* nostrorum *legitimorum Testium*, tantum abest, quod hi *numerum* „ *quindecim*, *aut sexdecim circiter non excedant* (uti quidem asserit Animad„ versio *cit. num.* 4. =) Ut imò potiùs ex integro præfato *numero* 211. *Testium* in quatuor nostris Processibus examinatorum, post *omnes* legitimas, ex præfatis omnibus capitibus, supputationes, secretiones, & detractiones, vix *quarta*, aut ad summùm *tertia eorum pars subducenda* videatur; ita & taliter, ut in quavis etiam rigidissima hypothesi, adhuc semper tamen plusquam *centum*, *& ultra* legitimi *Testes* supersint, quorum dictis *legitima probatio* heroicarum *Virtutum* nostri Ven. Dei Famuli, earumque singularium *actuum* in specie & in individuo, ad nostri Juris tramites, innitatur.

7 „ Neque enim, ex eo quod nos *in nostro Elencho*, quoad singulos *actus* in „ specie, *ad faciendam probationem*, *sæpissimè*, *& pro opportunitate rerum* „ *narratarum*, *Testes quindecim*, *aut sexdecim allegavimus*; idcircò sequitur, quod *nulli* præterea ex iisdem Processibus *allegandi superessent*; cum potius omnia, & singula *aliis longe pluribus Testibus*, & quidem ferè semper itidem de *visu*, & *observatione propria* confirmari potuissent. Nos quidem ab ejusmodi *labore* ut plurimùm duximus abstinendum, quia *hic ipse numerus* Testium nedum sufficiens, sed longe etiam *exuberans* visus est, & *cuiquam* videri *debet*, ad tradita per sa. me. Benedictum XIV. *de Servor. Dei Beatif. & Canonizat. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 10. *& seqq.* Secùs enim *Elenchi moles* abiisset in immensùm, & *superfluo* labore, ac tædio *se gravatos* sapientis-

(*b*) Nempe Testes Processus Informativi Majoricen. XV. XVI. XVIII. XXII. XXV. XXVII. XXVIII. XXXI. XXXIII. LIIXI. XLV. XLVI. XLVII. LIV. LVII. LIX. LX. LXII. LXIII. LXIV. LXV. LXVII. LXVIII. LXIX. LXX. LXXI. LXXIV. LXXV. LXXVI. LXXVII. LXXVIII. LXXIX. LXXXII.

(*c*) Nempe Testes Processus Apostolici Majoricen. IV. VI. VIII. X. XII. XIII. XIV. XVI. XVII. XIX. XX. XXII. XXIII. XXV. XXVI. XXVIII. XXX. XXXII. XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. XLVIII. LI. LVII. LXI. LXVI. LXIX. LXXII. LXXIII. LXXIV. LXXV. LXXVI. LXXVII. LXXVIII. LXXIX. LXXX. LXXXI. LXXXII. XXXLIII. LXXXIV. LXXXVI. LXXXVII. LXXXVIII. &c.

tissimi Patres juremeritò conqueri potuissent; & nihilominus omnibus, & singulis, pro gustuum varietate, ac pro nostro modulo, morem gerere non prætermisimus; ubi enim nostrorum Testium dicta pauc̣ioribus verbis erant *concepta*, ita quod plura cumulari possent absque superfluæ molis formidine, tunc utique a *majori* etiam *numero Testium* allegando non ab-
(*d*) stinuimus, ut ex ipso nostro Elencho facile est recognoscere (*d*) Ut proinde, *nisi inopes nos copia fecit*, in præsenti Causa de exuberanti *Testium numero*, pro *opportunitate*, & varietate *actuum*, a nobis jugiter adhibito hæsitare non possimus.

§. I I.

Ad novissimas ANIMADVERSIONES *cit. num.* 4. RESPONSIO.

8 Minùs autem percipere datum est (ut ingenuè dicamus) quid illa sibi velit nonnullorum nomine proposita Animadversio *cit. num.* 4., ubi subdit, „ quod præfati *Testes* (*quod nonnullis displicuit*) *non allegantur juxta ordi-* „ *nem, aut designationem loci obtenti in eodem Catalogo.* = Cum enim nos integrâ fide *integram* singulorum *Testium seriem*, a primo ad ultimum, in *singulis* nostris *quatuor Processibus* examini subjectorum, distinctè, ac per extensùm dederimus *in Catalogo Testium*, cum singulorum Testium *nomine*, *cognomine*, *ætate*, aliisque *personalibus* singulorum *qualitatibus*, & *causa*
(*e*) *scientiæ*, uti ex eodem Catalogo videre est (*e*) Cumque nos *iisdem Testibus* ita usi fuerimus in nostro *Elencho* actuum heroicorum, ut a singulorum quidem nomine, & cognomine totiès quotiès repetendis abstinuerimus (id enim nec utile erat, nec necessarium) sed *notam numericam* cujusvis *Testis*, ut *Primi*, *Secundi*, *Tertii &c.*, itemque specificum *Processum* in quo quisque deposuit, ac simul etiam cujusque *causam scientiæ* nunquam allegare prætermiserimus; nescimus quid ultra optandum Rmis illis Suffragantibus superesse potuerit, cum hic ordo allegandorum Testium clarissimus sit, nec minùs etiam ingenuus, & semper aliàs adhibitus in nostris Causis.

9 Quod si amaritudo in eo forsitan sita sit, quod nos *promiscuè* sub eodem *numero*, seu *Actu specifico* cujusvis virtutis *complures*, eosque *diversos Testes* ex præfatis quidem quatuor *Processibus*, sed non semper servato eorundem *Processuum ordine*, univerimus; facilè animadvertere pro sua benignitate debebant iidem illi sapientissimi Suffragantes, quòd aliter fieri non poterat,

---

(*d*) Id signanter videre est in cit. nostro Elencho *Num. XXXVI.*, ubi *septemdecim Testes* allegavimus *pag.* 94. *ad* 97., & *Num. L.*, ubi Testes *duodeviginti*, *pag.* 129. *ad* 132., & *Num. LX.*, ubi Testes *undeviginti*, *pag.* 160. *ad* 163., & *Num. XLIX.*, ubi *viginti* Testes, *pag.* 126. *ad* 129., & similiter etiam *viginti* Testes sub *Num. LIX. pag.* 157. *ad* 159. Imò *unus supra viginti* Testes sunt sub *Num. XLVII pag.* 121. *ad* 123., ac *totidem* sub *Num. XLVIII. pag.* 123. *ad* 126, & similiter sub *Num. LVI. pag* 148. *ad* 151., nec non etiam *duo supra viginti* Testes sub *Num. LXIII. pag.* 173. *ad* 178., & aliis pluribus omissis *uberioris numeri* exemplis, nonnisi unum superaddere fas sit sub *Num. XXIII.*, ubi (quia Testium dicta brevissima erant) non minus, quàm *tres supra quadraginta Testes* allegavimus, & *omnes de visu*, ut ibi *pag.* 65. *ad* 70. *per tot.*

(*e*) Ibi siquidem *ex Processu Apostolico Majoricensi* anni 1627. omnes & singuli, ut supra, indicati sunt *centum Testes*, eo ipso *ordine*, quo in Processu fuerunt *examinati*, ut ibi *pag.* 1. *ad* 9., & similiter *septemdecim Testes* examinati in Processu *Apostolico Segobiensi* anni 1628. *ibid. a cit. pag.* 9. *ad* 11., & subinde *quatuor* ex Processu *Informativo Segobiensi* anni 1618., *ibid. pag.* 11. *ad* 13., ac demum *nonaginta* Testes ex Processu *Informativo Majoricensi* anni 1619. & 1620., ut *ibid. a cit. pag.* 13. *ad* 22.

rat, nec potest, ubi non de pertexendo *Summario* agitur *promiscuorum actuum*; sed de pertexendo *Elencho actuum heroicorum* in specie, & *in individuo*. Sat enim cuique notissimum est, quod etsi *omnes Testes* deponant de omnibus *virtutibus*, non tamen omnes deponunt *per eosdem actus*, sed *per diversos*; adeoque in probatione *actuum in specie*, non series *Processuum*, sed series *Testium* contexenda est (sive hi in uno, sive in altero Processu fuerint examinati) qui de respectivis *numericis actibus* sint bene *contestes*, & ex meliori *causa scientiæ* deponant, nempe *de visu*. Idque porrò cum abundè a nobis præstitum sit, indicato semper specifico etiam *Processu*, in quo quisque deposuit, & *loco loci* Processus, vel Summarii, unde *exscripta* est *depositio*; nec non etiàm addita *scientiæ causa*, ferè semper *de visu*; non est propterea, cur quidquam ulterius desiderare valeamus; cum præsertim *tota ferè* hujus Causæ *probatio*, eademque plenissima, per *decem*, *duodecim*, *quindecim*, & non raro etiam *viginti Testes*, & ultra, *tota*, inquam, *ferè semper* repetatur *ex Processu Apostolico*, & ferè semper *de visu*.

10 Nec est omittendum, quod forsitan nonnullorum illorum Suffragantium *æquivocationis* occasio fuerit, quia *tres Confessarii* Servi Dei in Processu *Informativo* Majoricensi erant, ut in Catalogo dicti Processus, *Testes LI. LII. & LIII.*, nos verò illos jugiter allegavimus uti *Testes I. II. & III.* (sed semper cum addito) *ex compulsatis in Apostolico Majoricen.* Cum enim præfati Confessarii de tempore Processus *Apostolici* essent *jam præmortui*, & eorum ideirco depositio emissa in Processu *Informativo*, fuerit deinde *formiter compulsata* in Processu *Apostolico*, ordine *Primi*, *Secundi*, ac *Tertii Testis ex compulsatis*, uti jam diximus *in secundis Responsionibus pag. 28, & seq. num. 57. ibique in not. litt. e. f.*, cumque hoc *eodem ordine*, & ex eodem *Processu Apostolico* fuerint postmodùm iidem *Confessarii* allegati *in primo Causæ Summario per tot.*, hinc facilè poterant, ac debebant iidem Rmi Suffragantes animadvertere, quod nos *ab hoc ipso ordine* retento *in Processu Apostolico*, & in *Summario primæ Positionis* omninò recedere in *Elencho* actuum heroicorum *nec potuimus*, nec *debuimus*; ac tantummodò idipsum sapientissimos Suffragantes *præmonere* opus erat, uti nos de factò *opportunè præmonere* non prætermisimus in ipso *Catalogo* Testium Processus
(f) *Informativi* Majoricensis *pag. 17. in fin.*, *& seq.* (f).

11 Sed nec absimilis relevantiæ est, quod subditur *in cit. Animadv. num. 4.*, » quod nimirùm *proposito* a nobis *Summariolo uniuscujusque capitis præfati* » *Elenchi, ubi perstringuntur in Epitomen actus virtutum, aliquando (ut* » *notarunt aliqui ex iisdem Patribus Suffragantibus) Testes industri, solerti-* » *que labore inferiùs allegati, probant quidem aliquos, sed non omnes actus in* » *eodem summariolo propositos, ita ut deesse videatur singulorum actuum proba-* *tio*

(f) Uti patet sub *pag. 17. in fin. & seq. num. LI. LII. & LIII.* in hæc verba, ibi = *Testis LI. Admod. R. P. Joannes Torrens &c. Hic est nimirum Servi Dei Confessarius, cujus Depositio, utpote jam præmortui, formiter compulsata legitur in Processu Apostolico Majoricensi, ubi est TESTIS I. EX COMPULSATIS, & cum eodem Processu Latine versa, ut ibi a fol. 99. ad 165.* = Et sic deinde *Testis LII. Admod. R. P. Petrus Gil &c., & hujus pariter Testis Depositio habetur formiter compulsata in Processu Apostolico, ubi est TESTIS II. EX COMPULSATIS, & cum eodem Processu Latine versa &c.* Ac demum ibi = *Testis LIII. Adm. R. P. Matthæus Marymon &c. alter Servi Dei Confessarius, cujus itidem jam præmortui Depositio fuit formiter compulsata in Processu Apostolico, ubi est TESTIS III. EX COMPULSATIS, & cum eodem Latinè versa &c.* Ad hæc itaque si *nonnulli illi* sapientissimi *Suffragantes*, uti debebant, attendissent, se ab omni *scrupulo*, aut *æquivocatione* in ordine ad luculentissimas hujus Causæ Probationes, nosque ab *inutili labore* in Responsionibus vindicassent.

„ *tio per Testes omnino inter se contestes*. „ At enim verò distinguendo dicimus, quod vel sermo est *de substantia actus* a nobis propositi *in Summariolo* cujusque *capitis* præfati *Elenchi*, & in hoc sensu (qui unicè requiritur, & pertinet ad substantiam) certi sumus *nullum* a nobis *propositum* fuisse *actum*, qui non suis *Testibus contestibus*, & quidem ferè semper *de visu*, & *certa scientia* comprobaretur; prout semel, ac iterum *revoluto* nostro *Elencho*, semel atque iterum asserere non dubitamus: Vel sermo est *de minutioribus circumstantiis* unicuique *actui* per Testes *plus minusve* superadjectis; & in hoc sensu cum iisdem illis Rmis Patribus Suffragantibus utique convenimus, quod *aliquando* (sed rarò tamen) non *omnes* Testes in *omnibus*, & singulis *circumstantiis* sint omnino ac explicitè *contestes*; sed ipsi pariter iidem Rmi Patres convenire nobiscum debent, quod idipsum *substantiam* non perimit, nec *officit* ad intentum.

12 Quodsi enim in nostris Causis certissimum est, quod *probatis* in unaquaque virtute *pluribus actibus* per *Testes contestes de visu*, & *certa scientia*, in reliquis cœteri etiam *integri actus* adminiculativè admittuntur, etiamsi *a Testibus singularibus* de visu, vel etiam de auditu, aut auditu auditus, aut de sola etiam fama publica comprobentur, uti expresse nos admonet sa: me: Benedictus XIV. *in præcit. Oper. de Servor. Dei Beatificat.*, *& Canonizat. lib. 3. cap. 4. num. 7.* = *Nil etenim prohibet, quin probatis pluribus actibus Charitatis ex. gr. per Testes contestes hujus Virtutis, probatio hæc non leve adminiculum recipiat ab aliis actibus ad eam pertinentibus, quamvis per Testes singulares comprobatis*; juncto etiam *præced. cap. 3. num. 6. in fin.* Tantò magis *idipsum* dicendum est, ubi non de *substantia actus* amaritudo esse potest, sed unicè de ejus *minutioribus circumstantiis* plus minusve relatis a variis Testibus; in quibus imò aliqualis ipsa *varietas in accidentalibus* facit eorum *testimonium credibilius*, ut cum D. Thoma, aliisque communissimis juribus ipse etiam admonet sa: me: Benedictus XIV. *cit. lib. 3. cap. 7. num. 10. & 11.*

§. III.

Ad novissimas Animadversiones *num.* 5. Responsio.

13 Minusque ad intentum officit adjecta observatio *cit. Animadv. num. 5.* quoad „ *eos Testes*, qui Dei Famulum *novisse* asserunt *ab annis triginta*, & quandoque etiam *quadraginta*; nam *constat quidem* (subdit Animadversio) *eos Testes ab annis 30. vel 40. novisse Servum Dei, sed facta temporis debita subductione, eos versatos fuisse* (ait) *cum illo ad solos decem, duodecim, vel quindecim annos*. „ In primis enim *idipsum*, in hac etiam hypothesi, satis superque esse deberet, ad tramites nostri Juris, & praxis Sacræ Congregationis, de qua idem sa: me: Benedictus XIV. *cit. lib. 3. cap. 39. num. 5.* At veritas est, quod factum stat in oppositum; quia admissis præfatis contrariis *subductionibus temporis* quoad *aliquos Testes*, & signanter *Religiosos*, qui postquam *Dei Famulum* agnoscere cæperant *ab annis triginta*, aut *quadraginta*, ad alia loca *postmodum abscessisse* se dicunt pro *aliquo tempore*, & sic consuetudinem cum Dei Famulo *interpolasse*, postmodum *resumptam* pro postremis 10. 12. *vel* 15. *annis ante obitum*; adhuc tamen hæc ipsa *temporum subductio* in *aliis Testibus* admitti non potest, quos *jugiter Majoricæ* per id tempus *mansisse* constat; aut saltem exadversò non constat, eos unquam *per id spatium* temporis *aliò a Majorica* per diuturnam intercapedinem *concessisse*; Et hujusmodi sunt ex *Processu Apostolico* Majoricen-

(g) ricensi (g) Testes III. V. VI. VII. IX. XI. XII. XIII. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XXIII. XXV. XXIX. XXX. XXXI. XXXIII. XXXIV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. LXIII. LXV. LXVI. LXX. LXXI. LXXVI. LXXIX. XC. XCII. XCIV. XCVII. Ex Processu autem *Informativo Majoricensi* hu-
(b) jusmodi sunt in specie (b) Testes XI. XVIII. XXXIII. XL. XLI. XLII. LIV. LVII. LVIII. LX. LXI. LXII. LXIV. LXV. LXX. LXXI. LXXII. LXXIV. LXXV. LXXVII. LXXVIII. LXXXI. LXXXII. LXXXIII. LXXXV. LXXXVII. LXXXVIII. Esto itaque *non omnes* præfati Testes *de omnibus*, & *singulis* virtutum *actibus* loquantur; attamen certum est, quod quisque *intrà eandem speciem actuum* de quibus deponit, *deponit* pro *continuata serie annorum*, nedum *decem*, *duodecim*, aut *quindecim*, verùm etiam *viginti*, *triginta*, & respectivè *quadraginta annorum* & ultra.

14 Et rursus de iis Testibus loquendo, quos *ab annis* 30. *vel* 40. *novissè* quidem, sed *interpolatim* Dei Famulum, ipsa etiam admittit Animadversio; certissimum est, quod *non omnes* eodem *tempore consuetudinem* cum Dei Famulo *intermiserunt*, ac *resumpserunt*, sed alii *citiùs* quoad aliquos *primos annos*, alii *seriùs* quoad *annos intermedios*, alii demum quoad *novissimos annos*; ita ut proinde si *non solitariè* hi *singuli Testes* considerentur, sed *omnes insimul*, uti par est, *uniantur* sub una veluti *Chronologica serie actuum*, ac *temporum*; nulla erit assignabilis *pars actuum*, ac *temporum*, pro qua *ali-*

(g) Testis III. est Nobilis secularis Domicellus Majoricen. *annor.*73., qui (subducto decennio ab obitu Servi Dei) *cum eo ante obitum multoties est conversatus*, idque *spatio annorum triginta* = V. Nobilis item Domicellus Majoricen. *annor.*68., qui *cum eo egit multis vicibus*, idque *spatio annor. circiter* 46. *ante obitum* = VI. alter nobilis Domicellus Majoricen. *annor.*56. pro *multis vicibus*, & *pro spatio annor* 30. *ante obitum* = VII. Canonicus Majoricen. *annor.*63. *multoties pro spatio annor.*20. *ante obitum* = IX. alter Canonicus Majoricen. *annor.*61. *ab adolescentia, pro spatio annor.*30. = XI. alter Canonicus Majoricen. *annor.*61. *multoties* & *semper occurrentibus occasionibus*, pro spatio *annor.*34. = XII. Sacerdos Beneficiatus Majoricen. *annor.*54. *multoties pro spatio* 31. *seu* 32. *annor.* = XIII. alter Canonicus Majoricen. *annor.*62. *multoties pro spatio annor.*40. *& ultra* = XV. Nobilis Miles *annor.*63. *multoties pro spatio* 40 *annorum*, *& ultra* = XVI. Nobilis Domicellus Majoricen. *annor.*52. *multis vicibus pro spatio annor.*30. = XVII. Theologus & Rector Parochialis Ecclesiæ S. Eulaliæ *annor.*59. *multis vicibus*, *& semper de rebus spiritualibus*, *pro spatio annor.*30. *potius plus*, *quàm minus ante obitum* = XVIII. alter Domicellus Majoricen. *annor.*62. *multoties*, *fere a tempore quo ille venit Majaricam* (nempe *spatio* 40. *annor. & ultra* ante obitum) = XIX. Canonicus Ecclesiæ Majoricen. *annor.*70. *multoties spatio* 34. *seu* 35. *annor.* = XXIII. Domicellus Majoricen. *ann.*87. *spatio* 35. *annor.* = XXV. Religiosus Ord. S. Francisci *annor.* 54. *ab anno* 1592. *usque ad illius mortem*, hoc est *spatio* 25. *annor.* = XXIX. Canonicus Ecclesiæ Majoricen. *annor.*74. *multoties*, *omnibus annis*, *spatio* 25. *seu* 26. *annor.* Et similiter alii Testes pro continuatione annorum, ut infra, nempe Testis XXX. *pro annis plusquam viginti* = XXXI. *pro annis* 23. *seu* 24. = XXXIII. *pro annis* 20. = XXXIV. *pro annis* 30. = XXXVI. *pro annis* 30. = XXXVII. *pro annis* 40. = XXXVIII. *pro annis* 27. = LXIII. *pro annis* 28. = LXV. *pro annis* 20. = LXVI. *pro annis* 20. LXX. *pro annis* 30. = LXXI. *pro annis* 30. = LXXVI. *pro annis* 30. = LXXIX. *pro annis* 20. = XC. *pro annis* 20. = XCII. *pro annis* 25. = XCIV. *pro annis* 20. = XCVII. *pro annis* 30.

(b) Et hi sunt in specie Testes XI. *pro spatio annor.*30. = XVIII. *pro spatio annor.* 23. = XXXIII. *pro spatio annor.* 20. = XL. *pro spatio annor.*35. = XLI. *pro spatio annor. plusquam* 30. = XLII. *pro spatio annor. plusquam* 30. = LIV. *pro spatio annor. plusquam* 30. = LVII. *pro spatio annor. plusquam* 30. = LVIII. *pro spatio annor. plusquam* 30. = LX. *pro spatio annor.* 35. = LXI. *pro spatio annor.* 22. = LXII. *pro spatio annor.* 22. = LXIV. *pro spatio annor. plusquam* 27. = LXV. *pro spatio annor. plusquam* 22. = LXX. *pro spatio annor.*30. = LXXI. *pro spatio annor. plusquam* 32. = LXXIV. *pro spatio annor.*37. = LXXV. *pro spatio ann. plusquam* 32. = LXXVII. *pro spatio annor.*25. = LXXXI. *pro spatio annor.*22. = LXXXII *pro spatio ann.*30. LXXXIII. *pro spatio annor.*34. = LXXXV. *pro spatio annor.*40. = LXXXVII. *pro spatio annorum* 40. = LXXXVIII. *pro spatio annor.* 40.

aliqui respectivi præfati *Testes contestes*, sive *de visu*, & *certa scientia* pro tempore eorum *præsentiæ*, sive saltem *de auditu a videntibus* pro tempore *absentiæ*, non concordent: id quod etiam ad unam eandemque *plenam* Probationem *integrandam* admittitur; veluti novissimè factum, & admissum norunt Sapientissimi Patres in Causa *Vicentina* Ven. Servæ Dei *Joannæ Mariæ Bonomi*, cum subsecuto *Decreto approbativo* ejus *Virtutum* edito sub *die* 21. *Decembris* 1758. Quòd si porrò hi aliis præfatis Testibus superaddantur, de quibus (ut supra *in num. præced.*) non dubitatur, quin semper *Majoricæ permanserint*, & sic ab initio ad finem *per* 30. *vel* 40. *annos* jugiter Dei Famulum *noverint*, & cum eo fuerint frequenter *versati*; jam planè verissima est assertio, quod in præsenti Causa *uberrima probatio* non desit, eaque planè *directa*, perque *diuturnum* temporis *spatium* etiam *triginta*, & quandoque etiam *quadraginta* annorum, & ultra.

§. IV.

Ad novissimas Animadversiones *num. 6. & 7.* Responsio.

15 Ab his autem tanquam *levioribus* ad illud gradum facit Animadversio *num. 6.* ,, *& seqq.*, quod nempe *aliqui Testes frequentiùs adhibiti in Elencho*, priùs ,, *rimare* potuerint, & *fidelibus oculis per partes expendere Relationem Conscientiæ* Ven. Servi Dei, ex quâ *lectura instructi* idipsum postea *in Depositione eructarint*; & sic dubium esse possit, quod *Servus Dei*, per hunc *vitiosum circulum*, testimonium *pro seipso* perhibuerit; qua tamen in re, nonnisi *Confessarii* specificè incusantur, de quibus proinde singillatim plura ,, prosequitur Animadversio, nec non de *altero Teste* P. Petro Ripoll, uti ,, latiùs *in contr. Animadv. a num. 6. ad* 10. *per tot.* Verùm, si ad *Facti circumstantias* alibi a nobis in præviis Responsionibus indicatas, & nunc maturiùs, uti par est, expendendas, attendamus, nulli profectò dubium erit, quin *præconcepta* aliquorum *formido* penitùs evanescat.

16 Prima Facti circumstantia est, quod Relatio Conscientiæ a Ven. Dei Famulo nonnisi ab anno 1604. reddi cœpit *in scriptis*, ex Superiorum præcepto, & in *duas* veluti *Partes* divisa est: *Prima* nempe conscripta jussu *P. Gabrielis Alvarez*, qui *Rector* fuit Collegii *Majoricensis* a prædicto *anno* 1604. usque ad annum 1607. veluti adamussim notavimus *in secundis Responsionibus pag.* 15. *&* 16. *num.* 32. *& seqq. ibique in not. litt. p. q. r.* & invictè probat sub sacro jurejurando ipsemet P. Alvarez in primo Causæ Summario (i) *num.* 30. *pag.* 179. §. 147. *& seq.* (i) Et hæc porrò *prima pars Relationis Conscientiæ* (quæ non minùs quàm *quinquaginta sex Folia* comprehendit in Processu *a fol.* 196. *ad* 252., & *in cit. Summ. num.* 30. §. 1. *ad* 146. *a pag.* 150. *in fin. ad pag.* 179.) adeo per manus Testium vagata non est, ut imò

(i) Ibi = *Ego Gabriel Alvarez Soc. Jesu, de ordine & mandato Superioris mei P. Didaci Escriva Provincialis Provinciæ Aragonum, attestor, & dico in verbo Sacerdotis, quod dum ego eram Rector Collegii Societatis Civitatis Majoricen, & Ven. Fr. Alphonsus Rodriguez esset meus subditus, ordinavi eidem, quod scriberet propria ejus manu res, quæ illi, & per ejus animam evenissent, & contigissent, a tempore quo recordabatur &c.; & supradictus obediendo ordini & mandato meis, scripsit propria manu gesta sua, seu res suas in præcedentibus foliis* (quæ sunt ibi ab initio Relationis Conscientiæ *cit. num* 30. §. 1. *usque ad* §. 146. *a pag.* 150. *in fin. usque ad cit. pag.* 179.) *sub nomine tertiæ Personæ, nullatenus seipsum nominando; ita enim sibi placuit facere propter modestiam, & ego eidem complacui in hoc. Ideo in testimonium veritatis ego proprio nomine me subscribo, in Collegio Societatis Jesu Civitatis Cæsaraugustanæ die* 18. *Julii* 1627. = Et sequitur *recognitio in forma &c.* Atque ita etiam habet ipsamet Conscientiæ relatio in Hispanico Processu originali

imò eam *folus* idem Superior *P. Gabriel Alvarez* fecretiffimè retinuerit; ita quidem, ut cum *de anno* 1607. a Majoricenfi Collegio *difceffit* ad aliorum Collegiorum gubernium huc illuc evocatus, eadem *præfata folia Relationis Confcientiæ* ad unum *omnia*, fecum *tacitus adfportaverit*, & nedùm vivente Dei Famulo, fed & *poft illius obitum* per decennium apud fe retinuerit, & præcisè *ufque ad tempus* conftructionis Proceffus *Apoftolici Majoricenfis* anni 1627. & 1628. Tunc enim, *in vim Literarum compulforialium* Sedis Apoftolicæ, *a proprio* tunc *Provinciali* Provinciæ Aragonum, *compulfus eft* idem P. Gabriel Alvarez, tunc *Cæfarauguftæ* degens, eadem folia *proferre*, & fub juramento *recognita* confignare, ad effectum ea *Majoricam* transmittendi, ibique formiter *compulfandi* in *Proceffu Apoftolico* (k) *Majoricenfi* (k) Et fic porrò dubium effe non poteft, quin hæc *prima Pars Relationis Confcientiæ* a DeoFamulo *confcripta ab anno* 1604. *ad* 1607. penitùs *latuerit*, nedùm de tempore primi Proceffus *Informativi*, fed etiam de tempore fecundi Proceffus *Apoftolici* ufque *ad diem* 3. *Aprilis* 1628., ftante exhibitione *tunc primùm* facta *in dicto Proceffu*, & quidem cum folito *fecreto*, atque adeo abfque ulla *participatione* aliorum *Teftium*, præter *paucos* illos *Religiofos*, qui *characterem Dei Famuli* recognoverunt in actu *examinis* (quorum unus eft *P. Petrus Ripoll*, de quo infra fuo loco)

17 Altera Facti circumftantia eft, quod loquendo de *fecunda parte*, feu aliis foliis *Relationis Confcientiæ*, ab eodem Dei Famulo *deinde confcripta*, juffu aliorum Superiorum, & fignanter P. Joannis Torrens, *ab anno* 1608. *&* *fequentibus*, juxta ea, quæ narrat idemmet P. Torrens *Summ. pag.* 117. *& feq. num.* 24. *§.* 1. *ad* 8. *juncto §.* 18., ubi explicat, quod *in Quinterno redditionis computi fuæ Confcientiæ anni* 1608. *incipit in hunc modum* = *Dedit quoque Dominus huic Perfonæ &c.*, quod ipfiffimum eft initium *fecundæ Partis Relationis Confcientiæ* in eodem Proceffu Apoftolico *compulfatæ* poft illam P. Gabrieli; Alvarez, uti ex ipfo Proceffu refultat *à cit. fol.* 254. *terg. & feqq.*, & *in cit. Summ. a pag.* 180. *§.* 151. *& feqq.*, Et quoad hanc partem, etfi utique veriffimum fit, eam *Majoricæ* fuiffe *affervatam*, ac præ *manibus* habitam ab eodem *P. Joanne Torrente*, & refpectivè ab alio Servi Dei Confeffario *P. Matthæo Marymon*, qui & eâ, poft ejufdem Dei

Famu-

fol. 113. *relat. in fecund. Refponf. pag.* 18. *in not. cit. litt. r.*, quæ hic incipit, ibi = *Memorial de algunas cofas de las que le han acontecido a quella perfona en el difcurfo de fu vida, efcrita por el mefmo en el Colegio de Monte Sion de Mallorca en el mes de Mayo* 1604. = *Pues lo primero que le aconteciò fiendo de edad de* 31. *o* 32. *poco mas a menos &c.*, & in *cit. primo Summ. pag* 150. *in fin. & feqq. num.* 30. *a §.* 1. *& feqq.*

(k) Veluti de recognitione, & confignatione tunc facta a P. Gabriele Alvarez *in Civitate Cæfarauguftana* fub *die* 18. *Julii* 1627. ex ipfa ejus *Atteftatione* liquet, ut fupra relata *in num. præced.*, *& in cit. Summ. pag.* 179. *& feq. §.* 147. *ad* 150. *per tot.*, deque *tranfmiffione* ad Civitatem *Majoricenfem*, ibique iterata *recognitione*, & *formali compulfatione* in Proceffu *Apoftolico* fub *die* 3. *Aprilis fequentis anni* 1628. liquet ex ipfo Proceffu *a fol.* 196., ubi eadem folia tunc primùm apparuerunt, feu = *Quinterni manu Ven. Fr. Alphonfi Rodriguez fcripti &c. IN MAJORICIS REMISSI PER PATREM GABRIELEM ALVAREZ &c.*, quorum initium eft, ibi = *Memoria aliquarum rerum illarum, quæ evenerunt illi Perfonæ in difcurfu vitæ fuæ, fcripta per ipfammet in Collegio Majoricen de menfe Mayo* 1604. = *Igitur primum quod ei evenit dum effet ætatis* 31. *feu* 32. *annorum &c.*; & profequitur ufque *ad. fol.* 252., ubi legitur *Recognitio* dicti P. Gabrielis Alvarez, ut fupra, ufque *ad fol.* 255., & poft illam *aliorum Notariorum* fuper recognitione *characterum &c.*, a Notario *Actuario* dicti *Proceffus Apoftolici* Jo. Antonio Forfimanna ita concluditur, *ibid. & cit. Summ. pag.* 180. *§.* 150. *in fin.* ibi = *Comprobata cum dicto QUINTERNO TRANSMISSO A CIVITATE CÆSARAUGUSTÆ ARAGONUM in Collegio Societatis Jefu exiftenti, & concordat. In quorum fidem &c. Jo. Antonius Forfimanna Presbyter Notarius Scriba præfentis Caufæ.*

(l) Famuli obitum, usus fuit in pertexenda *manuscripta* Historia ejus *Vitæ* (l),
adhuc tamen certissimum est, hanc etiam partem nedùm vivente Dei Famulo, sed etiam post ejus obitum *secreto* retentam fuisse, nec passim *Testibus* per *manus traditam*, nec *evulgatam*, imò nec etiam in Processu *Informativo* insertam fuisse, ubi de ea ipsimet *Confessarii* tantummodò in actu *examinis* locuti sunt, ut infra suo loco.

18 Certissimè, quia, *præcisivè* loquendo a præfatis *Confessariis* (de quibus infra) *cœteri Testes* de plerisque omnibus *actibus* heroicarum *Virtutum* Ven. Dei Famuli nonnisi *ex proprio visu* deponunt, & *observatione propria*, & quidem *expressa* hac *ipsa scientiæ causa*, ut in nostro Elencho *per tot.* Imò quoties *de internis rebus*, & *supernaturalibus Donis* Dei Famuli sermo est, non ex lectura Relationis Conscientiæ, sed aliquando *de immediato auditu*
(m) *ex ejus ore* loquuntur, & ut plurimùm *de auditu ab ejus Confessariis* (m)
quia nimirum ipse ab *hisce internis Donis* patefaciendis *alienissimus* erat, & eorum *occultationis*, ac silentii studiosissimus. Ex qua porrò *facti demonstratione*, & argumento, ut vocant, *a posteriori*, certissimè liquet, nostros Testes *non a lectura* Relationis Conscientiæ fuisse instructos, sed ab *assidua* oculari *inspectione* heroicorum *actuum* Ven. Servi Dei, ex quibus *internos* etiam ejus animi *motus* ut plurimùm *percipere* datum erat; & in reliquis quoad *Dona visionum*, & revelationum, *de auditu* erant sive ab ipso, sive ab ejus *Confessariis*, qui semper ex *conjuncta causa scientiæ* loquuntur, nimirum & *inspectione oculari* quoad *actus*, qui elucere possunt extrinsecùs, & ex *certa scientia* quoad *res interiores* cum eo *oretenùs* tractatas *in confessione*, aut *conferentiis spiritualibus*; uti passim similiter accidere consuevit in aliis Confessariis Servorum Dei, & in aliis Caussis.

§. V.

(l) Nota, quod hæc ipsa *Vita*, a P. Matthæo Marymon altero ejus Confessario *conscripta*, typis vulgata non fuit, sed unicè *manuscripta* P. Generali Præposito Soc. Jesu tunc *Mutio Vitelleschi* directa fuit sub *die* 10 *Novembris* 1618., ut ipse Auctor ibi narrat *in Præfat.*, & rursus in sua Depositione emissa *in Proc. fol.* 187., ubi remissivè se habens ad hunc ipsum *Librum, quem de illius vita misi* (inquit) *ad nostrum P. Generalem &c.*, mox addit *fol.* 195., quod hæc ipsa gesta a se conscripta, & ad P. Generalem transmissa, *spero* (inquit) *quod typis mandabuntur*: quod tamen hactenùs executioni non est demandatum.

(m) Ita nimirum fateri coactus est in primis ipse P. Alvarez *cit. Summ pag.* 179 §. 148. = *quod si dictus Ven. Frater non stringebatur præcepto obedientiæ, non detegeret communicationes, & interiores favores &c., videbam enim illum semper recollectissimum, & omnino alienum a detectione, & aperitione rerum suarum ejus sanctitatem detegere valentium.*

Ita pariter alter ejus Confessarius P. Torrens *cit. Sum. pag.* 117. §. 4 *& seq.* = *In eo quod concernit dare, & reddere rationem illius Conscientiæ in scriptis, extant particularia notanda, ut inde detegi possit, qualis ipse fuerit; postquam namque obedientia illi ordinavit, quod redderet dictam rationem in scriptis, licèt esset profundæ obedientiæ, etiam quantum attinet ad obedientiam intellectus, & obedientiam cæcam, remansit summopere afflictus propter ejus profundam humilitatem &c.*

Et alter ejus Confessarius P. Matthæus Marymon *in cit. Elench. pag.* 62. *in fin.* = *Scrisse il Fratello Alonso per adempire la volontà di Dio dichiarata da suoi Superiori, che glie l'ordinarono, e spiegata dall'istesso Signore, col quale trattò la difficoltà, che ne aveva, sentendo non poca afflizione &c.*

Ad hæc cohærenter *de interioribus* ejus *rebus*, & *donis* non aliter loquuntur *Testes*, nedum *Seculares*, sed ipsi etiam plerique omnes *Religiosi* ex Societate Jesu, nisi *de auditu* ab ejus *Confessariis*, veluti in specie Testis XXXV. Religiosus dictæ Societatis *ex Proc. Apostol. Majoricen. in cit. Elench. pag.* 60. ibi = *Cum, mandando Superiores, quod scriberet visiones, & beneficia &c, ipse Frater cum Deo conquerebatur &c. AUDIVI A PATRE TORRENS &c.*

Et infra ad *articulum* 19., in quo est, *quod Servus Dei habuit frequentes Divinas visiones, quas ejus Confessarius in scriptis notari mandavit*, ita respondet = *Contenta in articulo AUDIVI A MULTIS PATRIBUS SOCIETATIS* (ecce caussam scientiæ, non ex lectura, sed *de auditu* quoad *res internas* scriptas a Dei Famulo)

§. V.

Ad noviſſimas ANIMADVERSIONES *num.* 8. RESPONSIO.

19 Quin, in ordine ſaltèm ad ipſos *Confeſſarios*, aliqua ſupereſſe poſſit amari- „ tudo, ex quò ſignanter *P. Torrens* ad ea, quæ *in examine* depoſuit, enu- „ cleatiùs *explicanda*, ipſa ſubinde *præciſa verba*, & *ſcriptam* conſcientiæ „ *relationem* ſuperaddiderit. „ Semel enim conſtito de certiſſima, ac *diutina* utriuſque *Confeſſarii* cum Dei Famulo *ſub eodem tecto habitatione*, & *converſatione*, atque intima *communicatione, intrà*, & *extrà* confeſſionem, in *conferentiis domeſticis*, atque *ſpiritualibus*; veluti de ſe ipſo teſtatur P. Torrens in Catalogo Teſtium *pag.* 17. § *LI.*, & rurſus *in præcit. Elench. a pag.* 188. *ad* 190., & alter ejus Confeſſarius P. Marymon *in eod. Catalogo Teſtium pag.* 18. §. *LIII.*, *& in præcit. Elench. a pag.* 191. *ad* 193., atque adeo certiſſimè conſtito de *optima* utriuſque *ſcientiæ cauſa de viſu*, & *certa notitia*; neſcimus profectò, quare, ad *enucleatiùs explicanda* interna *ſenſa* Dei Famuli, non licuerit *Confeſſariis* in eorum depoſitione *ipſis* etiam præciſis *verbis* uti ejuſdem Ven. Dei Famuli? An enim *duplex* ſcientiæ cauſa *incompoſſibilis* eſt? An *illam primariam* de viſu, & *auditu proprio*, ullatenus *deſtruit*, aut *perimit*, annon potiùs magis *illuſtrat*, roborat, & *confirmat* altera præfata ſcientiæ cauſa ex Conſcientiæ Relatione *inſuper addita*? Quis hac in re ſapiens, ac prudens dubitaverit?

20 Nam quòd alter ex præfatis Confeſſariis P. Joannes Torrens (uti notat „ Animadverſio *ſub num.* 8.) dixerit *in Summ. pag.* 117. §. 2., quod *ex* „ *quò ipſe juſſerit* Servo Dei, *ut conſcientiæ rationem daret in ſcriptis ſaltem bis* „ *quolibet anno*, *propter hanc cauſam remanſit de illius rebus notitia minuti m* „ *a decem ſeu duodecim annis citrà in ſcriptis*, *ac etiam de illis notabilioribus* „ *concernentibus ad illius vitam*, *quæ antea geſta fuerant*. „ Non id ita intelligendum eſt, *quod ideo quæcumque res notabiliores narratæ ſint a Teſtibus*, *quia Teſtes a Relatione didicerint*, ut gratis exindè ſubſumit Animadverſio; Nam ortus, & educatio Dei Famuli, & poſt ſtudia literarum intermiſſa,

Pater-

lo) *ET EGO VIDI*, *quod dictus Fr. Alphonſus erat exactiſſimus in humilitate* (ecce inſimul cauſam ſcientiæ *de viſu* quoad *actus exteriores* contemporaneè notatos in Dei Famulo, abſque viſura ejus manuſcriptorum, nam ſubdit) *& hoc ſcio ego*, *eo quia CUM EO CONVERSATUS FUI, ET TRACTAVI, ut ſupradixi, taliter quod*, *quando ego AUDIEBAM A SUPERIORIBUS*, *quod illi eveniebant ea*, *quæ dicit Articulus*, *ſemper VIDEBAM*, *quod ſe magis humiliabat &c.*

Et infra rurſus = *Et ego AUDIVI A PATRE GABRIELE ALVAREZ*, *tunc Rectore Collegii &c.*, *quod cum in Oppido de Sollar viguiſſent magnæ controverſiæ &c.*, *cum Superior mandaſſet Fr. Alphonſo*, *quod commendaret Deo &c.*, *apparuit ei B. Virgo &c.*

Et Teſtis XXXVI. alter Correligioſus ejuſdem Societatis *cit. Elench. pag.*61. = *EGO VIDI*, *quod quando honorabant illum*, *ſummopere dolebat &c.*, *& cum tanto timore*, *& tremore ſe habebat IN COMMUNICANDO REVELATIONES, ET GRATIAS &c.*, *quod ſi non fuiſſet conſtrictus*, *& COACTUS AB OBEDIENTIA*, *nunquam judicio meo fuiſſet quicquam detectum de dictis revelationibus*.

Et Teſtis XXXVIII. alter Correligioſus *ibid. cit. pag.*61., *& Summ. pag.*122. *in fin. & ſeq.* §.65. 67. *&* 69. = *Omnia in Interrogatorio* (*ut ſupra*) *contenta*, *ſunt vera*; *ea enim AUDIVI A P. JOANNE TORRENS &c.*; *& ulterius mihi dixit*, *quod dictus Fr. Alphonſus erat valdè afflictus propter mandatum ſibi factum*, *quod ſcriberet ea quæ dicit Interrogatorium &c.*, *EGO VIDI Fr. Alphonſum tantopere contemnentem ſeipſum*, *ut nihil bonum ſibi deſideraret &c.*, *& pariter vidi*, *quod contemnebat ſimiliter ſummopere ſeipſum*, *dolendo quod laudaretur &c.*, & alii Teſtes etiam *Correligioſi* plerumque *ſimiliter* deponunt, ut *in præcit. Elench. & Sum. per tot.*

Paternæ mortis causâ, & inde susceptam continuationem Paternæ negotiationis, ejusdem in statu Conjugali, & viduitatis egregia opinio virtutis, & frequentia Sacramentorum, & alia plurà illius temporis per *Testes* nobis *innotescunt* examinatos *in utroque* Processu *Segobiensi* partim *de visu*, partim *de auditu a videntibus*, absque eo quod unquam de scripta Conscientiæ Relatione quidquam resciverint; & rursùs *pleraque omnia* exercitia, & *exteriores actus* virtutum deinde jugiter continuati a Ven. Dei Famulo *in statu Religioso*, non a scripta Conscientiæ Relatione, sed a *Testibus de visu*, & propria *observatione* innotescunt in *utroque* Processu *Majoricensi*, ut ex prævio nostro Elencho fit manifestum.

21 Quid igitur? Nonnisi utique *de rebus animæ internis* loquitur P. Torrens, quæ per se *extrinsecùs patere* non possunt, nec aliundè *resciri* valent nisi ab ingenua *ejus Personæ* manifestatione, cui *contigerunt*, cujusmodi sunt *interni favores* Visionum, Revelationum, internarum illustrationum, & similia; de quibus certè, stante omnimodo *silentio Dei Famuli* ex humilitate, nisi interveniente *Superiorum præcepto*, & successiva eorum *manifestatione*, nihil omnino ab aliis Testibus resciri potuisset. At id tamen non in præsenti solùm Causa, sed passim etiam contigisse novimus *in aliis Causis* Servorum Dei; de quibus semper idcircò creditum est, idipsum *Divinæ providentiæ* consilio contigisse, ut aliquâ tandem ratione similes *interni favores* Dei Servorum *manifestarentur* ad Fidelium profectum, & *spiritualem ædificationem*; at ex hoc porrò capite nihil unquam arguere datum est contra Testes.

22 Potissimè, quia, licèt hujusmodi *internis favoribus* præsens *Causa*, & Servi Dei *Sanctitas* maximè fuerit *illustrata*, non ideo tamen præcipuum ejusdem *Causæ*, & *heroicitatis* pondus exindè a nostris *Testibus*, nec etiam ab ipsis *Confessariis* fuit repetitum, sed benè quidem ab *innumeris*, & *heroicis* egregiarum *Virtutum actibus*, quos *plerique omnes Testes* utriusque Processus *Majoricensis* Ordinarii, & Apostolici, a longissimo tempore, nedùm *decem* aut *duodecim*, sed etiam *quindecim*, *viginti*, *triginta*, & aliqui etiam *quadraginta annorum*, & ultra (& sic longè antequam penitùs de scribenda Conscientiæ ratione *cogitaretur*) in Ven. Dei Famulo *ocularìter*, uti jam diximus, *viderunt*, & ex longa cum eo *conversatione* jugiter admirabundi *observarunt*, uti passim in prævio nostro Elencho videre est, ubi longissimam *heroicorum actuum* seriem dedimus, quorum *notitia* ab oculatis *Testibus Contestibus*, non autem a scripta solummodò Conscientiæ Relatione dependet. Quo stante, ea certissima *regula* subintrat, quòd *aliunde probatis heroicis Virtutibus* Servorum Dei, non est ipsis etiam Dei Servis *deneganda fides*, *quoad ea*, quæ *de se ipsi retulerunt*, ut hoc ipso allegato nostræ Causæ exemplo, inter alia, solidè firmat, ac magistraliter (*n*) distinguendo docet sa: me: Benedictus XIV. *lib. 3. cap. 10. num. 11.* (*n*)

23 Quod si ferè *unicus* ex omnibus *Testibus*, nempe unus idemque præfatus ejus *Confessarius* P. Joannes Torrens, qui *præfata folia* (suo jussu conscripta

(*n*) Ibi porrò quærens sa: me: Benedictus XIV. = *An ad Probationem Virtutum admitti possint, quæ a Servis Dei in Vitis de se, & a se conscriptis referuntur?* post debitam *distinctionem*, an de se quis *spontè*, an potiùs *invitus*, & *superiorum jussu*, ut in casu, *conscripserit*; primò quidem in ordine *ad res internas* = *dicerem* (inquit) *probationis vim, & efficaciam habere debere visiones, apparitiones, atque revelationes, quas sibi contigisse Servi Dei referunt, nisi desint circumstantiæ alibi referendæ, quæ requiruntur, ut visiones ipsæ &c. inter cœlestia dona sint recensendæ; Idem quoque dicendum crederem DE CÆTERIS REBUS, quæ solo testimonio Dei Servorum probari possunt, si tamen ex aliis documentis constet de eorum Virtutibus heroicis &c.; his quippe præcedentibus probationibus aliunde petitis, ABSONUM profectò ESSET, fidem non præstare his, quæ Servi Dei de se ipsis retule-*

pta a Dei Famulo ab anno 1608. & sequentibus) tunc apud se retinebat, *iisdem* subinde *uti maluit* in sua *Depositione*, & quidem per eadem præcisa verba Dei Famuli, *ut non mutem verba, nec recedam a modo, quo ipse declarabat in Quinterno*, ut ipsemet ait in locis exadversò indicatis *cit. Animadv. num. 8. in fin.*, idque nimirùm ad *magis* magisque *illustrandos* internos, externosque *virtutum actus*, de quibus cœteroquin *ipse*, uti non cœcus, aut absens, sed *oculatus*, ac præsens *Confessarius*, ac *Testis* deponebat; quid inde? An idcircò *ex mera foliorum lectura* ea *novisse* dicendus est, quæ nonnisi *postquàm* ea *viderat*, & oculariter *observaverat* in Servo Dei, aut postquam *de iis saltem* respectivè *præsens*, ac *oretenus* egerat in *confessione*, aut *Conferentiis spiritualibus*, tunc utique ex ejus jussu *in scriptis redigebantur* a Ven. Dei Famulo? Quod si eadem itaque (præcisivè *a Scriptura* Dei Famuli) *aliunde* certissimè noverat P. Torrens uti *Testis*, & *Confessarius*, & quidem pro suo tempore omninò *de visu*, & *certa scientia*; non possumus utique, nec debemus hanc ei *congruam*, & *conjunctam*, atque optimam *scientiæ causam* in referendis iisdem *Virtutum actibus* denegare.

§. VI.

Ad novissimas ANIMADVERSIONES *num.* 9. & 10. RESPONSIO.

24 Id quod pariter de *altero* ejus *Confessario*, ac nobilissimo Teste *P. Matthæo Marymon* omnino dicendum est. Etsi enim *ferax copia sit rerum gestarum*, quas ipse ex præfatis foliis recenset *in manuscripta Vita* Dei Famuli a se exarata (de qua supra *num. 17. ibique in not. lit. l.*) quòdque *ad hanc ipsam Vitam* sæpè relativè se habet *in suo examine formali*; adhuc tamen similiter certissimum est, quod *utrobique* (ut supra etiam ingenuè fatetur Animadversio *num. 9.*) = *Multa sunt, quæ ille vidisse profitetur; multa quæ refert accepta ab his qui viderunt, & audiverunt*; nec verum est, quod subditur *cit. num. 9.* = *quod facta illustriora, & ad heroicitatem accedentia hauserit ex dicta Redditione rationis*; quia, cum hic Testis *per postremos sexdecim annos ante obitum*, jugiter, atque *intimè* cum Dei Famulo *versatus* fuerit, ejusque *Confessiones* exceperit, manifestum hinc est, quod eadem ex oculari etiam *inspectione* per id tempus, perque *intimam* cum ipso *communicationem*, & ex *aliorum* etiam cum ipso *versantium* observatione, & relatione perceperit, veluti de facto ipse *centies ac millies* in sua Depositione testatus est, sparsim relata *in præcit. Elench. per tot.*, & rursus in præ-
(o) fata Vita explicitè protestatur. (o)

25 Quin imò (& est notandum) idipsum quoque expresè resultat ex iisdem

„ *duo-*

---

runt. In quo pariter rerum themate hæc omnia admitterem, quamvis relata a Servis Dei potuissent per alios Testes probari, si Testes mortui essent, quo tempore Processus confectus est: Apostolicum siquidem de Virtutibus &c. judicium, non in solis Servorum Dei de se ipsis relationibus, sed in tot aliis juratis Testium depositionibus fundamentum haberet.

(o) Ubi signanter *in Præfatione* ad R. P. Mutium Vitelleschi tunc Societatis Præpositum Generalem (de qua supra num. 17.) *Ho procurato* (inquit) *supplire &c. le mie imperfezioni colla luce e bellezza della verità &c., e con questa certezza farne la relazione, senza esagerazione, ne parole affettate &c., ho comunicata tutta la materia con quelli, che lo conobbero, e trattarono in questo Collegio &c., acciò la viva memoria di tanti Testimonj maggiori di ogni eccezione approvasse, & autenticasse quanto ne riferisco.*

Ut certissimè proinde nec etiam *ex hac Vita* Testes *instructi* dici possint, sed *ipsa Vita* ad tramites optimorum *Testium de visu*, & omni exceptione majorum (præter *propriam observationem*) ab hoc Teste Confessario *conscripta* dicenda sit, & ab *iisdem Testibus* aliunde *bene consciis*, & informatis adamussim *comprobata*.

„ *duobus locis*, quæ ex adversò allegantur *cit. Animadv. num.* 9. ex primæ
„ Positionis Summario *pag.* 40. *§.* 55. *& seqq.*, ubi post illa verba exadversò relata = *Ego scio, quòd dictus Frater Alphonsus habuit ardentissimam Charitatem Omnipotentis Dei, & quòd fuit valde excellens in ista virtute*, in causam scientiæ statim subdit hic Testis, ibi = *Quod scio, EO QUIA VIDI quanta lætitia patiebatur in propria infirmitate, & petebat ab Omnipotenti Deo, ut sibi permitteret pati majora tormenta, propter Divinum amorem*. Annon autem hi sunt *præclari*, & *heroici actus*, ab hoc Confessario relati *tanquam TESTE DE VISU, & auditu proprio*? Nam pro eo, quod addit = *& vidi in illius scripturis, & scripsi ex illis in Libro, quem de illius vita misi ad nostrum P. Generalem, actus heroicos, & qualiter se obtulerat multis vicibus in medio legionum dæmonum, qui ipsum tormentis affligebant, pati easdem pœnas inferni potiùs, quàm committeret minimum peccatum mundi, & alia notabilia, & peregrina, quæ in dicto Libro refero* =; hæc porrò quisque statim videt pertinere *ad actus internos*, qui nonnisi *ex ejusdem Personæ relatione* sciri possunt, cui ipsi *contingunt*; & nihilominùs in hac etiam parte hanc *conjunctam* scientiæ causam affert hic Testis, ibi = *quæ in dicto Libro refero* (inquit) *extracta* (nedùm) *ab his quæ scripsit de mandato Superiorum*, sed & explicitè, ibi = *AB INFORMATIONIBUS ET DICTIS EORUM, QUI ILLUM COGNOSCEBANT, ET CUM EO CONVERSABANT IN ISTO COLLEGIO*; quod idem est ac dicere, ab aliis etiam, qui *de visu* ea noverant, deque *auditu a videntibus*, ac *certa scientia*, ut patet.

26 Et similiter in eo, quod subdit Animadversio *cit. num.* 9. *ex eod. Summ. cit.*
„ *pag.* 40. *§.* 58. nimirùm = *quòd Fr. Alphonsus propter zelum Animarum*
„ *& gloriam Dei desiderabat non solùm dare vitam suam, & martyrium pati,*
„ *sed omnes Inferni pœnas, nè Deus offenderetur, neque aliqua anima condem-*
„ *naretur*. Utique de his, utpote meris *internis actibus*, & *desideriis*, eam congruam *scientiæ causam* reddit hic Testis Confessarius = *hoc scio, quia in diversis partibus scripturarum suarum, in orationibus, quas ipse faciebat, inveni hunc fervorosissimum actum*; sed unà simul hanc quoque (in Animadversione prætermissam, sed *in contextu* expresè *conjunctam*) scientiæ causam *insuperaddit*, ibi = *Et istud fuit notorium INTER ILLOS, QUI EUM COGNOVIMUS, ET CUM ILLO CONVERSATI FUIMUS MAGIS INTERNE* (quod idem est ac dicere, qui idipsum *ex eo immediatè* percepimus *in internarum rerum communicatione*, tanquam ejus *Confessarii*; prout de facto *de hoc actu* omnes *Confessarii* deponunt a nobis relati *in Elench. pag.* 143. *sub num.* 54.) *alii verò propter illius magnam virtutem, & charitatem deveniebant ad notitiam istarum rerum*; quod idem est ac optimè *distinguere* scientiæ causam *aliorum Testium*, qui cum ejus Confessarii non essent, tamen hæc ipsa *aliunde verissima esse* percipiebant, ex *ardentissima* nimirùm ejus *charitate erga Deum*, quæ ex innumeris aliis *conjunctis*, aut *inde dependentibus* externis *actibus*, veluti totidem *effectibus*, sese *extrinsecùs prodere* cognoscebatur, veluti de hujusmodi aliis *actibus*, & *Testibus* idipsum comprobantibus plenissimè videre est *in præcit. nostro Elencho sub num.* 53. *a pag.* 138. *ad* 142, & rursus *num.* 55. *& seq. a pag.* 144. *& plurib. seqq.*, & sparsim alibi *in eodem Elencho per tot.*

27 Et idipsum pariter dicendum est de altero Teste *P. Petro Ripoll Soc. Jesu*,
„ ultimo loco allegato *in cit. Animadv. num.* 10. „ de quo sat esset illud animadvertere, quod hic fuit unus *ex Testibus* adhibitis pro *recognitione characteris Ven. Dei Famuli*, ut ex *Proc. Apostol. Majoricen fol.* 745. *terg.*

(*p*) *terg.* (*p*) Et nihilominùs, si in suo *integro contextu* hic *Testis*, uti par est, expendatur, ubi ait *super articulo* 5. (qui est *de virtutibus in genere*) *cit. Summ. pag. 46. §. 132. & seq.* = *quod Fr. Alphonsus fuit heroicè dotatus omnibus virtutibus*; ibi pariter non confusam, nec æquivocam, sed clarissimam *scientiæ causam* adjungit = *per ea, quæ communiter in nostra Domo AUDIVI* (non utcunque, sed ibi) *AB OMNIBUS RELIGIOSIS ILLUM COGNOSCENTIBUS* (neque id solùm, sed) *& per ea, quæ EGO IN EO EXPERTUS FUI tempore, quo CUM IPSO TRACTAVI*; & sic demùm aliam quoque *correspectivam* scientiæ causam adjungit = *per ea quæ constant, & apparent ex illius scripturis, ad quas me refero*.

28 Et notandum, quòd hæc habet hic Testis in responsione *ad Articulum* 5., qui non est de aliqua *Virtute in specie*, sed, ut diximus, *de Virtutibus in genere* in hæc verba conceptus *Proc. fol. 94. ter.* ibi = 5. *an sciat, quòd dictus Fr. Alphonsus fuerit ornatus, & decoratus multis Christianis virtutibus, & quomodo istud sciat, & an de hoc sit publica vox, & fama?* Adeoque, sicuti ad hunc *genericum Articulum* relativa est *generica responsio*, & quidem *optimè complexiva* triplicis *causæ scientiæ*, respectivè *de visu*, de *auditu a videntibus*, & ex *illius scripturis*; Ita ab hoc Articulo generico, & a correspectiva *generica Responsione* ad hunc Articulum, non erat *exemplum* exadversò desumendum ad rem, de qua agimus; neque enim hic expetenda erat exadversò *magis distincta* hujus Testis depositio *de actibus* virtutum *in specie*, cum magis *distincta* & præcisa *causa scientiæ*. At verò talis, qualis optatur exadverso, & qualis necessaria est, ubi agitur *de actibus in specie*, & in individuo, in hoc etiam *Teste* de facto *non deest*, & quidem *clarissima*, & *concludentissima*, in reliquis, quæ *deinde* sequuntur, hujus Testis *specificis Responsionibus* ad reliquos *Articulos* de singulis Virtutibus, & Virtutum *actibus in specie*, & *in individuo* loquentibus; veluti de cœteris *Articulis*, eorumque tenore videre est *in Proc. a cit. fol. 94. terg. & seqq.*, deque correlativis hujus Testis specificis *Responsionibus*, cum specifica *ad singulos*, & *distincta causa scientiæ*, videre est *in eod. Process. a cit. fol. 749. & plurib. seqq.*, quas quidem *specificas* hujus Testis responsiones nos sparsim suo loco dedimus *in præcit. Elench. per tot.*

29 Adeoque omnibus de medio sublatis, quæ adversùs nostras *Probationes* semel atque iterum excitatæ fuerunt, sive *suspicionibus*, sive *scrupulositatibus*; nemini ultrà dubium esse potest, quin nostri *Testes* fiut numero *plurimi*, qualitate *insignes*, in causa scientiæ *ferè omnes de visu*, de tempore *plusquam diuturno*, & longissimo *decem*, *quindecim*, *viginti*, *triginta*, *& non rarò etiam quadraginta annorum*, & ultra, & in eorum dictis *omnino contestes*, tum *Apostolici* inter se, tum *Apostolici* cum *Informativis*; ita ut omnino *præsentis Causæ* tum *Probatio*, tum *Relevantia*, ex tot ac talibus Testibus de visu contestibus resultans, *nobilissima*, & *concludentissima* dicenda sit, & nedùm *plena*, sed etiam *plenissima*, & longè *exuberans* ad effectum, de quo agitur.

§. VII.

(*p*) Ibi porrò in ipsomet actu examinis interrogatus *super 13. Interrogator. cit. Proc. Apostolic. Majoricen. fol. 745. in fin. & terg. respondit*, ibi = *Ego scio, quòd illud, quod continetur in Interrogatorio, fuit mandatum dicto Fratri Alphonso per Superiorem (ut nempè propriâ manu exaratam Conscientiæ relationem daret in scriptis) & ego cognosco* (inquit) *illius characterem, quia vidi illum scribentem &c., & si mihi ostendantur ejus scripta, ego illa recognoscam. Et incontinenti fuit illi ostensus Liber &c. Fr. Alphonsi Rodriguez; & recognoscendo illum, respondit, quod omnia folia a numero &c. reputat scripta manu propria Fr. Alphonsi &c.*

§. VII.

Ad noviſſimas ANIMADVERSIONES *num.* 11. *& ſeq.* RESPONSIO.

30 Et ſanè ad ipſam *RELEVANTIAM* adhuc etiam *in ſpecie*, & *propiùs* accedendo; *plurima* ſunt egregiarum *Virtutum*, & *heroicorum actuum ſpecimina*, quæ uti *pleniſſimè* jam *probata*, ipſa etiam ingenuè admittit noviſſima Animadverſio *num.* 11., eaque porrò, quæ inibi recenſentur, utpotè *ad omnes Virtutes* pervagantia, *talia* eſſe dignoſcuntur, ut *vel ſola ſufficerent* ad intentum; *Hominem* ſiquidem nobis exhibent jam *habitualiter* (adeoque nonniſi *poſt innumeros* virtutum *actus*) ab *exterioribus* primùm *rebus omnibus* ſegregatum; deinde *domitis* etiam propriis *externis ſenſibus*, ad *interna* redactum; ſubjectiſque *rationi*, & *alieno imperio* per *Religioſa Vota* ipſis etiam *animæ potentiis* Intellectûs, ac Voluntatis, *ſupra ſe elevatum*, ac in *Deo* jugiter *tota mente*, & *affectu* defixum, & unicè *rebus cœleſtibus* mancipatum: quod uno verbo idem eſt, ac dicere *hominem* ad ſummam jam *perfectionem* evectum, ſive *ad heroicitatem*. Id enim important *in ſubſtantia* ipſi exadversò etiam agniti = *individui Virtutum actus*, *ex*
,, *quibus datur intelligi*, *Ven. Alphonſum modo extraordinario*, *& aliis Coad-*
,, *jutoribus non communi*, *vitam ſuam compoſuiſſe ad præſcriptum Regulæ*, *ſive*
,, *ſpectetur Orationis fervor*, *mens in Deum defixa*, *ſtudium obedientiæ*, *ſer-*
,, *vandæque Caſtitatis*, *horror peccati*, *ſui ipſius ſtudioſa abjectio*, *linguæ &*
,, *ſenſuum cuſtodia*, *propriæque voluntatis abnegatio*, ut in præciſis terminis loquitur Animadverſio *cit. num.* 11.

31 Quia verò (ut eadem proſequitur Animadverſio *cit. num.* 11. *&* 12.) *duo*
,, adhuc ſunt, quæ *uberiorem lucem* deſiderare alicui ex R̃mis Suffragantibus
,, viſa fuerint; *Primò* nempe, quòd inter congeſtos a nobis *in Elencho* he-
,, roicos *Virtutum actus*, aliquid = *viſum eſt minùs arduum*, *& aliis com-*
,, *mune*; Deindè quod *plura* inibi pariter a nobis *relata* ſint, & ſignanter in
,, ordine *ad Charitatem*, quæ vel *genericis Teſtium dictis*, & *non factis* com-
,, probentur, vel *ex ipſis piis*, *& ferventibus Servi Dei colloquiis*, aut aliàs
,, *ex conjectura*, ac *proprio judicio* ab ipſis Teſtibus exagerentur. ,, Hinc & nos *DUO* viciſſim in memoriam Sapientiſſimorum Patrum, in primis revocare, opus habemus: *PRIMO'* nimirùm, quod cum Angelico Doctore, & paſſim aliis, apprimè monuit ſa: me: Benedictus XIV. *de Servor. Dei Beatif. & Canoniz. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 8. = *ad conſtituendum ACTUM HEROICUM, non eſſe neceſſarium, ut ejus materia ſpectet ad CONSILIUM, nec ab heroicitate excludi, quæ fiunt ex PRÆCEPTO, vel ex INSTITUTO quod quis profitetur, aut ex VOTO quod emiſit, ſi cœtera concurrant neceſſaria ad heroicitatem conſtituendam*; prout nos alibi etiam demonſtravimus *in ſecund. Reſponſionib. pag.* 76. *& ſeqq.* Deinde *ALTERUM* eſt, quòd virtuoſi *operis heroicitas*, non ſemper ab *intrinſeca* ipſiuſmet *Operis arduitate* eſt judicanda; ſed ſæpeſæpiùs à *modo* (utpotè *magis prompto*, *facili*, *delectabili*, ac *expedito*) & a cœteris *adjunctis*, ſeu qualitatibus *ſtatus*, & *conditionis* perſonarum, & a *ſexuum*, *ætatum*, *locorum*, ac *temporum circumſtantiis*, non in abſtracto, ſed *in concreto* conſiderandis, eſt repetenda. Nec enim virtus heroica *in eſſentia*, ſeu *ſpecie* differt a *virtute communi*; nam = *habitus ille heroicus*, *vel divinus non differt a virtute communiter dicta*, *niſi ſecundùm PERFECTIOREM MODUM*, *in quantùm ſcilicet aliquis eſt diſpoſitus ad bonum QUODAM ALTIORI MODO'*, *quàm communiter omnibus competat*, ut benè ait Theologorum Princeps D. Thomas 3. *par. qu.* 7. *art.* 2. *ad* 2., & cum Angelico ceteri

omnes

omnes apprimè consentiunt, apud sa. me. Benedictum XIV. *in pracit. oper. de Servor. Dei Beatific. & Canoniz. lib. 3. cap. 22. a num. 2. & seqq.*

32 Et hinc porrò, *si pauci* exadversò *quasi communes* indicati *actus* [*cit. Animad. num. 12.*] *in concreto*, uti par est, expendantur; manifestè apparebit, *nequaquam* illos a summo *heroicitatis gradu* esse deijciendos. Non enim illi sic *in abstracto*, & ab *omnibus circumstantiis destituti* [quemadmodum illos refert Animadversio] a nostris Testibus relati sunt, sed imò potiùs illos *cum nostris Testibus* considerare debemus in nostro VEN. DEI FAMULO etiam SENE, etiam DECREPITO, etiam *annorum* OCTOGINTA, *& ultra*, eoque proinde *valde* DEBILI, JEJUNIIS, ac VIGILIIS *fracto*, ac VIRIBUS *destituto*; & nihilominus præfatos *actus* ita PROMPTE, FACILE, ac DELECTABILITER *exercente*, ut alios *Correligiosos* Socios, etiam *juvenes*, etiam *devotos*, singulari FERVORE, PROMPTITUDINE, ac FACILITATE, longè ANTEIRET, & IN ADMIRATIONEM abriperet. Ac similiter, si animadvertamus, quòd *pleraque omnia* relata a nostris *Testibus*, & a nobis *in pravio Elencho* deducta, non *ex solis* Dei Famuli *colloquiis*, neque *ex conjectura*, sed *ut plurimùm* EX VISU, & OBSERVATIONE PROPRIA, & quidem per *longissimum* temporis *spatium* ab eisdem TESTIBUS deponuntur; manifestum hinc erit, *omnem* contrariam aliquorum Suffragantium *amaritudinem*, in ordine *ad plenissimam RELEVANTIAM*, penitùs evanescere. Hæc autem, ut cuique *ad oculum* magis *pateant*, operæ pretium ducimus, nunc rursus *compendiario* calamo *præstantiores actus*, qui *in Facto* consistunt, & non in simplici *Dicto* (citra laborem novi Elenchi, *ad sensum* ipsius *novissima* Animadversionis *cit. num. 12.*) ita *perstringere*, ut exinde non solum plenissima *Regula observantia*, sed splendor etiam eluceat *Theologalium*, & *Cardinalium virtutum*, ob quarum singularem *eminentiam* noster etiam Ven. Alphonsus sit *Heroum Catalogo* dignissimus accenseri.

33 In *facto* itaque, & non in dicto, & a Testibus *ex visu*, & certa scientia deponuntur, quæ de ABNEGATIONE SUI, per omnimodam MORTIFICATIONEM, & in primis per frequentissima *jejunia*, *cilicia*, *vigilias*, *& disciplinas*, de Ven. Dei Famulo referunt Testes *in Elench. a pag. 49.*, *& seq.*, tum quæ in ordine ad insignissimam *mortificationem* aliorum *externorum* sensuum *gustus*, *odoratus*, *& tactus*, per individuos *egregios actus* ibidem referuntur *Num. 17. a pag. 51.*, tum quæ pertinent *ad vestitum, lectum, cubiculum*, aliasque *vitæ austeritates*, & *incommoditates*, ibid. *Num. 25. a pag. 73.*, tum quæ denique pertinent ad exquisitissimam *fugam laudum*, promptum, & maximè *industre* omnium *viliorum munerum* exercitium, & *hilarem gustum vilipendiorum*, uti (ultrà ea, quæ in dictis consistunt) reipsa, & *in facto* comprobant egregii *actus*, de visu relati per Testes *in eod. Elench. Num. 20. a pag. 57. & seq.* Et sic pariter in facto omnia consistunt, quæ a Testibus, in ordine ad heroicissimam DIVINÆ LEGIS, & REGULARUM *proprii* INSTITUTI OBSERVANTIAM, referuntur; quæ omnia Dei Servus perfectissimè, exactissimè, ac minutissimè jugiter adimplevit, ut per multiplices, eosque specificos actus, a *quadraginta tribus* Testibus *de visu* relatos videre est *ibid. Num. 23. a pag. 65. ad 70.*

34 Et idipsum est observandum in ordine ad RELIGIOSA VOTA, & in primis PAUPERTATIS, qua nedùm aliquam *superfluitatem*, aut aliunde etiam *licitam commoditatem* habere noluit, sed *ipsa etiam vitæ* quodammodo *necessaria* prorsus abjecit; nam *viliora*, ac *pejora* domus *pro se* semper elegit, perinde ac si *ipse de hoc mundo* non esset, aut *degeret extra mundum*; uti facto probant Testes *in eod. Elench. Num. 25. à pag. 73.* Ex se, aut *pro se*

nihil unquam *petiit*, iis abundè *contentus*, quæ sibi *sponte* a Superioribus *concederentur*, quorum etiam *vix ipsum* actualem *usum* voluit habere; unde *quidpiam*, etsi *minimum*, nec ipse *aliis dare*, nec ab aliis *accipere*, nisi *explicita* intercedente proprii *Superioris scientia*, *licentia*, *ac beneplacito* consuevit; *ibid. Num.26. pag.75.*, & quò *viliora* erant ea, quæ sibi dabantur, *eò magis* ex animo *ipse gaudebat*; unde & nulla erant ejus *cubiculi commoda*, & *lecti*, ac *vestium*, quas semper *magis obsoletas* adamavit, & nonnisi *ægrè* admodùm *sibi novas* aliquando *Superiorum jussu* parari audiebat, *ibid. Num. 27. à pag.77.*, nam ipse de se nonnisi *præcisissimas* vitæ *necessitates*, & appositè *ad præscriptum Regulæ*, Superiori unicè *aperiebat*, idque *merè ac simpliciter narrando*, nil de cæterò ab illo *expetens*, neque ultra *sollicitus* quid ea in re, ac *de se*, & *circa se*, ipsemet *Superior* sua *sponte* perficeret, uti plenissimè referunt Testes *ibid. Num.28. à pag. 78.*, ubi, inter alios, Testis XXXIX. id optimè etiam comprobat *de facto proprio*, quippe quia (inquit) *ego eram minister Collegii*; Testis XL., ubi quòd *si deficiebat ei aliquid &c.*, *nunquam hoc accipere volebat*, *usquequò deputatus à Superiore illi dabat*; Testis XXXV., ubi quòd *necessitatem exponebat Superiori, & hoc faciebat, ut satisfaceret præcepto &c. absque eo quod demonstraret quid vellet*; Testis XXXVI. = *quando ei occurrebat aliqua necessitas, non petebat a Superiore, quod sibi daret &c., sed solùm repræsentabat Superiori necessitatem &c.*, *& nunquam repræsentabat quicquam Superiori*, *nisi quando compellebatur à scrupulo*, *& erat obligatus juxtà Regulas*.

35 CASTITATEM, tum *austerissimis* corporis *mortificationibus* (de quibus supra) tum *assiduo*, ac ferventissimo *orationis studio*, tum *vigilantissima* omnium *sensuum custodia*, ac diligentissima *circumspectione*, & *fuga occasionum omnium*, toto longissimo *Religionis tempore* illibatè *custodivit*, & cumulatissimè implevit, ut *in eod. Elench. Num.29. à pag.79.* Certè siquidem a *mulierum* conversatione, & *colloquiis* semper *abhorruit*, & eas *aliquando* alloqui *ex officio*, aut *obedientia coactus*, nonnisi semper *averso vultu*, & *defixis in terram oculis*, & paucis *verbis*, iisque *maximè ædificativis* alloquebatur; ita quòd *per quadraginta*, *& ultra annorum spatium* in Religione, *nunquam* in ullius *fœminæ vultum* ex industria *oculorum aciem intenderit*, & ab illis meritò *appellari* consueverit FRATER MORTUUS, ut *ibid. Num.30. à pag.81.* Id quod sanè ita *caveri* a Dei Famulo *potuisse*, dum, occasione inserviendi Missæ, *communicantibus* etiam *mulieribus* aquam *ex officio* post Communionem *præbere cogebatur*, uti rarissimum, & *heroicissimum* meritò celebrant Testes de visu *ibid.Num.31.à pag.83.*, prout etiam, quod nec *infirmas mulieres*, nec etiam *devotionis* gratia *signare*, aut tangere *unquam* voluerit, ex visu deponunt Testes *ibid. Num. 32. à pag.85.*; Unde non mirum, si nedùm *ipse* Dei Famuli *conspectus* maximam in hoc genere *reverentiam*, & *ædificationem ingerebat*; sed & *ejus* adhuc viventis *semicinctium* a quodam vehementibus *carnis tentationibus* vexato *reverenter adhibitum*, & pia *ejus* jam defuncti *invocatio* mullerem *a sexennali* carnalis peccati *consuetudine*, & aliam mulierem a similibus *tentationibus* contra *castitatem*, & *sobrietatem*, aliam verò *ab evidenti* amittendæ *honestatis periculo*, non sine miraculo liberavit, ut etiam de facto proprio respectivè referunt Testes *ibid. Num.33. à pag.86.*

36 OBEDIENTIA verò Dei Famuli, uno verbo, dici potest omninò *admirabilis*; nam *semper*, & in omnibus *heroicissima* fuit, absque *ulla* vel minima *contraventione* seu *Regulis*, seu *præceptis*, & *ordinationibus Superiorum*, uti plenissimè omnes Religiosi Testes consentiunt *in eod. Elench. Num.36. à pag.94.* Cum enim *ipse Superiorem*, intimo animi sensu, ac *loco Christi Domi-*

Domini veneraretur, ideo in *Superioris voluntate*, non *hominem*, sed *Deum* sibi ob oculos proponebat, *illiusque vocem*, non secus ac *Dei vocem* & *voluntatem*, cum omnimoda *proprii judicii abnegatione*, ad amussim, integrè, firmiter, & cum magna animi alacritate, & lætitia promptissimè exequebatur, *ibid. Num.*37. *à pag.*97. Idque nedùm *quoad positivum* Superioris *præceptum*, sed etiam *quoad ejus nutum*, & *libitum*, & quodlibet *beneplacitum*, quovis posthabito *proprio*, aut humano *respectu*, & absque ulla *argumentatione*, aut *rationis indagine* (unicè excepto peccato) *obediens* erat *ad literam*, *ibid. Num.*38. *à pag.*98. Idque rursùs etiam *in arduis*, & arduissimis *terminis* difficillimæ, aut *vix possibilis executionis*, quibus aliquando *in speciem* tentari *a Superioribus* de facto non fuit *omissa* ejus *heroica obedientia*; eademque nihilominus, & *sui* semper *similis* inventa est ejus *animi promptitudo* ad *seriò* illicò *parendum*, abque ullo vel minimo *respectu* propriæ *existimationis*, atque etiam *cum propria vita periculo*, ut hæc omnia per *egregios* individuos, & *admirabiles actus*, apprimè referunt Testes *ibid. Num.*39. *à pag.*102. Quemadmodum autem *omnia* sibi *a Superioribus præcepta*, illicò, ut supra, & *è vestigio*, nihil hæsitans, *exequebatur*; ita in reliquis *sine Superioris* præcepto, *licentia*, aut *beneplacito*, nihil unquam, nisi *ad tramites* minutissimæ *Regularum observantia*, agere consuevit; & *ultrò* etiam *a Correligiosis* requisitus, *constantissimè recusavit*; quia, & *Superioris* præceptum *pro regula* habebat, & extrà Superioris præceptum, *minutissimam* cujusvis *Regulæ* observantiam *pro actuali præcepto*, & *directione* suarum *operationum*, adamussim *prosequebatur*, ut plenissimè videre est *ibid. Num.*40. *à pag.*105.

37 Et pro *coronide* hujusmodi absolutissimæ *Regularum*, & Religiosorum *Votorum* observantiæ, illud est, *quod* QUOTIDIE idem Ven. Dei Famulus EADEM VOTA, inter Missæ actionem, coràm Deo RENOVABAT, cujus heroicissimæ *quotidianæ oblationis* testes, præter ipsum Dei Famulum *de facto proprio*, ejusque Confessarios, habemus etiam Testem XXXV. *ibib. Num.*41. *a pag.*109., qui relato hoc actu Dei Famuli, subdit ulteriùs, quòd = *hortabatur me ad id faciendum*; & dignissima profectò est, *ut expendatur* ab omni-

(q) bus *Formula* ad id adhiberi solita ab ipso Dei Famulo *cit. pag.*109. (q).

38 Ad hæc, itidem *in facto* consistunt, & penitùs *heroicissima* sunt, quæ ad *proprium statum* pertinent Ven. Dei Famuli, IN MUNERE JANITORIS; pro cujus *heroico implemento* sat esset illud advertere, quod Servus Dei æquè *campanulæ sonitum* pro *peculiari* sibi *nutu*, ac *præcepto* habebat, ut *Dei nutum*, & *vocem proprii Superioris*, ut *in eod. Elench. Num.*42. *a pag.*111., & nihilominus *innumeri* sunt *alii actus*, quos in hoc *laboriosissimo*, & maximè *irrequieto Munere*, per *viginti & ultra annos*, exercuit Dei Famulus, *tali*, tantaque *promptitudine*, *modestia*, *constantia*, *patientia*, & imperturbabili *animi tranquillitate*, ut ea de re nonnisi *maxima* cum *admiratione* loqui cogantur Testes, quasi *non ipse*, sed *ejus loco Angelus Janitoris munere* fungeretur, uti plenissimè *ibid. Num.*43. *a pag.*111. Et certò, *iis* etiam *omissis* internis *acti-*

(q) Ubi, post relatam *Formulam* renovationis *Votorum*, hæc de intimis *animi sensibus* ab ipso exerceri solitis, addit, ibi = *Hìc ingreditur anima cum magna ponderatione, dicendo Deo suo: Ubi nam est igitur, Domine mi, infinitus amor, quo diligo Te, cum sim debitor tam ingens? Ubi nam sunt servitia infinita, quibus Tibi servio, postquam in me tanta opera bona operatus es? Ubinam est gratiarum actio, propter tot beneficia, & favores, quos recepi de manu tuæ Majestatis? hic remanet anima imbuta, & involuta in Deo suo cum magno lumine propter tot beneficia a Deo recepta tam spiritualia, quàm corporalia, quæ sunt quasi infinita; & tandem offert Patri Æterno in actionem gratiarum merita, labores, & vitam sanctissimam illius Filii Jesu Christi Domini Nostri, & Virginis Mariæ ejus Matris, quia in se nihil invenit aptum ad offerendum, eò quòd sit plenus malis, & vacuus bonorum.*

bus intimæ & heroicissimæ *considerationis*, quibus *in eo munere* ipsum *Deum*, & *Christum Dominum* præ oculis semper habebat, *ipsi potiùs*, quàm hominibus *exhibendo* in suis *actibus* fidelissimum, ac *sincerissimum famulatum*, ut *ibid. Num.* 44. *à pag.* 114. Illud sat est advertere, quod utique *in facto* consistit, & ab *externa* complurium Testium *de visu* ac jugi *observatione* probatissimum est, quod *ipse*, in hoc ipso *munere*, omni penitùs *inutili confabulatione*, & *otiositate remota*, quidquid sibi *temporis* ab *actuali* sui *muneris exercitio* vacuum supererat, *tanquam pretiosa* omnia *momenta* sibi redimendo, aut ferventissimę *orationi* dabat, aut eximiis *charitatis operibus* erga *Proximum*, semper utique *totis viribus*, & ad majorem *Dei gloriam* cooperando, & *salutem animarum*, ut ibi plenissimé *a Num* 45. *& pluri̇b. seqq. a pag.* 116.

39 Certè siquidem *ex hoc ipso capite*, & in his *circumstantiis*, tantò magis *admiratione digna*, & penitùs *heroicissima* dicenda est ORATIO Dei Famuli, nedùm *vocalis*, sed & maximè intima, ac *meditativa*, qua coràm *Christi Domini Cruce*, aut devotissima *ejus Imagine*, ad id posita *in parva Camera* juxta *Collegii Januam*, aut *stans*, aut etiam *flexis genibus*; *jugiter* persistebat, ut admirabundi referunt Testes de visu *in cit. Elench. Num.* 45. *à pag.* 117., & quia corde, & animo *in Divina præsentia* jugiter incedebat *intentus*, hinc ejus *perpetua*, utpotè semper *intimè orantis*, ac *devotissima* erat, quę *exterius* sese prodebat, *animi*, & *corporis compositio* talis, ac tanta, ut liquidò appareret *in Deo* interiùs *absorptus*; id quod pariter *omnia* ejus *verba*, *suspiria*, *voces*, *actiones*, hoc est *intensissimum orationis*, ac *Divini amoris exercitium* patefaciebant, quo *intus occupabatur*, & latère non poterat, *ibid. Num.* 46. *à pag.* 118. Cujus rei itidem *ineluctabiles Testes* erant ASSIDUÆ LACRYMÆ *devotionis*; quæ ab ejus *oculis* uberrimæ *profluebant*, ita & taliter, ut *duos* veluti *sulcus* in ejus *genis excavassent*, nec dubitationi locum relinquerent, quin *insigni*, & plusquam insigni *Lacrymarum Dono* idem Dei Famulus *in Oratione* divinitùs esset ornatus, uti plenissimè de visu referunt plusquam viginti Testes *ibid. Num.* 47. *à pag.* 121.

40 Idque tum *aliàs* passim in *oratione*, & *meditatione*, ut supra, signanter *Dominicæ Passionis*, tum etiam occasione SACRAMENTALIS CONFESSIONIS, & COMMUNIONIS, quam *sæpissimè* frequentabat, & cum maxima *præparatione*, & ferventissima *gratiarum actione* post illam, ut *ibid. Num.* 48. *à pag.* 123. Prout *aliàs* etiam, semper *sensibilis*, & valde *extraordinaria* erat ejus *devotio*, & fervidi *venerationis actus* erga alia OMNIA Christianæ Religionis MYSTERIA, & signanter DOMINICÆ PASSIONIS, ut supra, & *SSmæ* EUCHARISTIÆ, in cujus *adoratione*; tum *per januam* a Portaria *in Ecclesiam* respicientem, tum *in ipsa Ecclesia*, quotidie *flexis genibus* permanebat *immobilis*, etiam *ad plures horas*, *ibid. Num.* 49. *à pag.* 126. Nec minor erat erga Sacrosancta MISSARUM SACRIFICIA ejus tenerrimæ *devotionis effectus*, quibus etiam *senex*, ac *decrepitus*, *debilis*, ac *viribus* ferè *destitutus*, ac *non sine lacrymis* plerumque *inserviebat*, aut quotidie *compluribus adsistebat*, tali tantaque *interna*, & *externa compositione*, ac *in Deo* veluti *absorptus*, ut *adstantes* maximè *commoverentur*; quemadmodum & SACRIS FUNCTIONIBUS, & CONCIONIBUS in eadem *Ecclesia* fieri solitis, ipse *maxima* cum *reverentia*, *attentione*, & *compunctione* semper Intererat; & aliàs semper IN SACRIS LIBRIS, ac DEVOTIS perlegendis, *ponderandis*, ac *meditandis* libentissimè occupabatur, ut *ibid. Num.* 50. *pag.* 129. *ad* 132. Nec minùs etiam erga B. VIRGINEM singularis erat (usque ab infantia ut *ibid. pag.* 10. *& seq.*) ejus *venerationis affectio*; cujus sibi *spiritualem præsentiam*, ut amantissimæ *Matris*, assiduis, & *ferventissimis actibus* sibi reddidit familiarissimam; ejusque *devotionem verbo*, & *exemplo* passim *promoverę*

atque

atque aliis omnibus *inculcare*, pro viribus, nunquam destitit; *ejusdemque*, & ALIORUM SANCTORUM memoriam, & IMAGINES maxima *reverentia* & *veneratione* prosequebatur, ut *ibid. Num.* 51. *à pag.* 133. Unde non mirum, si *ferventissima* ejus *devotio*, & *oratio* pluribus DIVINIS FAVORIBUS, nunc *splendorum*, seu *radiorum* circa vultum, nunc *raptuum*, & *extasium*, nunc *visionum*, & *apparitionum* Christi Domini, B. Virginis, & aliorum Sanctorum, nec non *Prophetiæ*, *scrutationis cordium*, *discretionis spirituum*, & ipsorum etiam *in vita Miraculorum* affatim illustrari promeruit, ut *ibid. Num.* 52. *à pag.* 135.

41 Ab his autem, quæ *ad propriam* pertinent *perfectionem*, ad ea gradum faciendo, quæ Ven. Dei Famulus *præter*, & *supra* proprium *statum* simplicis *Temporalis Coadjutoris*, mirabili etiam *incendio* accensus, ac ZELO, præstitit, *ad promovendam* DIVINAM GLORIAM, & SALUTEM ANIMARUM; illud in primis certissimum est, quòd mirabili ardebat CHARITATIS incendio ERGA DEUM, & PROXIMUM; unde ejus *verba*, & *conversatio*, taliter *hoc igne Charitatis* erat *accensa*, ut *eos*, quibuscum loquebatur, *mirificè*, atque *intimè commoveret*; Et sicut ipse summoperè *quodlibet* etiam *minimum* horrebat *peccatum* (*ibid. à pag.* 70.) ita eundem *horrorem* in aliis, *totis viribus* ingerere studebat, veluti de visu, & facto proprio apprimè referunt Testes *in eod. Elench. Num.* 53. à pag. 138., & alibi passim. Certè *ipsum* quoque sublimissimum *Martyrii desiderium* non defuit in Dei Famulo, quo *sanguinem*, & *vitam* profundere *pro Dei gloria* paratus erat, & *pro animarum conversione*, & *salute*, ut *ib. Num.* 54. *pag.* 143. & *seqq.* juncto Teste I. *ibid. pag.* 102. ubi ait, quod, cum aliquando = *mandavit eidem unus Superior*, *quod se conferret ad Indias*, *illicò incedebat sine pallio*, *nec pileo &c.*, & Testis XXXV. *ibid. pag.* 103. quod ubi = P. Gabriel *tunc Rector*, *ut ipsum tentaret*, *mandavit ei*, *ut in Indiam proficisceretur*, *illicò dictus Frater præparavit se*, & *ivit ad Porteriam*, *ut illi aperirent januas*; & à Superiore interrogatus, quid esset facturus? respondit = *Ego profectus essem ad Portum*, & *si invenissem navim in Indiam proficiscentem*, *in illa me collocarem*; & *si non invenissem*, *ingressus fuissem per aquas donec aqua attingeret me usque ad os &c.* Quia verò *non Martyrio voluntas*, sed Dei Famuli voluntati *Martyrium defuit*, mirum est, quot *internis*, & *externisque* heroicissimis *actibus*, nedùm *ad omnia* hujus vitæ *incommoda*, & *tormenta*, sed ad ipsas etiam *Inferni pœnas*, cum Divina gratia, *tolerandas*, se promptum exhibuerit, *ut a nemine offenderetur Deus*, nec ulla *anima* detrimentum faceret *salutis æternæ*, ut *ibid. Num.* 55. *a pag.* 144.

42 Et de *exterioribus*, quæ *in facto* consistunt, ipsa præsertim comprobant OPERA MISERICORDIÆ jugiter exercita ERGA PROXIMUM; & in primis *erga* INFIRMOS, tam *in Collegio*, quàm extrà *per Civitatem*, in eorum *domibus*, & in *Hospitalibus*, quibus nedùm amantissimè *inserviebat*, sed & *eos* ad Christianam *ægritudinum tolerantiam*, & salutaribus *monitis* in *viam salutis* hortabatur, proque iis etiam *enixè orabat* apud *Deum*, cum ingenti ipsorum *infirmantium* gaudio, & *spirituali profectu* subsecuto, uti plenè de visu referunt Testes *ibid. Num.* 56. *à pag.* 148. Idem erat *heroicissimus* ejus *finis*, in PAUPERUM *necessitatibus* sublevandis, quibus *omni ope*, qua poterat, de Superiorum licentiâ, libentissimè *succurrebat*, nedùm illis *panem*, *pulmentum*, aliaque *domestica* distribuendo, sed & *alias* etiam *eleemosynas quæritando*, & indigentibus *elargiendo*, ita tamen, ut eos simul, & semel *salutaribus monitis* ad Paupertatem *cum merito* tolerandam, *amantissimè* cohortaretur, & ad *ditandam animam* per frequentiam bonorum operum, ut *ibid. Num.* 57. *à pag.* 151. Parique modo & MOERENTIUM *consolatio* ipse ve-

se veluti *antonomasticè* dici poterat; cum *omnes* passim *ad ipsum* in cujusvis generis *afflictionibus* accurrerent, & ab eo *solamen*, aut *remedium*, aut *efficax* saltem *Orationum præsidium* quærerent; ipse verò *omnibus omnia factus*, omnes tandem *ad Dei amorem*, & *pietatem* incitabat, non sine *mirabili* ut plurimùm secuto *effectu* extraordinariæ, *ab ipso* procuratæ, *supernæ providentiæ*, ad respectivam *Proximi necessitatem*, & *utilitatem*, uti plenissimè probatum videre est *ibid. Num.58. à pag.153.*

43 Quid si itaque *plura* itidem *supererogatoria*, & *supra proprium statum*, a Dei Famulo jugiter *exercita* superaddamus? Nam & DOCENDO etiam *pueros*, & *rudes Christianam doctrinam* ardens ejus *zelus* Divinæ gloriæ, & *salutis animarum* mirabiliter eluxit; quos insuper *in timore Dei* excolebat diligentissimè, & *in modo* attentè, ac utiliter *orandi*, & recitandi *Rosarium B. Virginis*, & quod caput est, circa *modum* benè *confitendi*, ac dignè & fructuosè *Christi Corpus, & sanguinem* percipiendi *in Sacramento Eucharistiæ*, ut *ib. Num.59. à pag.157.* Quid si enim idem Dei Famulus *tali* præterea, tantoque SAPIENTIÆ, ac SCIENTIÆ DONO divinitùs erat ornatus, ut de ipsis *Christianæ Fidei Mysteriis*, de SSmo *Eucharistiæ Sacramento*, de rebus *Theologicis*, & de sublimiori *Virtutum*, & *perfectionis* exercitio *altissimè* loqueretur; & *quandoque* etiam, ex obedientia, *in domesticis Conferentiis*, & in *Refectorio*, & in *Congregationibus*, è *suggestu* dicere cogeretur, nedùm *passim* ad ipsum *audiendum* concurrentibus, sed & *stupentibus*, & *admirantibus* Viris *doctis*, atque *Theologis*, & Ecclesiastica etiam *dignitate conspicuis*; id quod plenissimè a Testibus de visu probatum videre est *ib.N.60. à pag.160.*

44 Quid si hoc ipso *Dono* practicè *usus* Dei Famulus, tum *ad propriam*, tum *ad Proximi utilitatem*, vix mente concipi, aut lingua exprimi potest, *quot* exinde PECCATORES, per *quadraginta annorum spatium & ultra*, quà familiari PRÆDICATIONE, quà assidua CONVERSATIONE, quà etiam *efficaciori*, & efficacissima sua apud Deum ORATIONE, & EXEMPLO, in *bonam frugem*, & in *viam salutis* reduxit? Cum præsertim non raro *Deus* ardentissimum ejus *Zelum salutis Animarum* per *prodigiosas* etiam *cordium mutationes*, aliisque *sequentibus signis* mirabiliter *comprobaret*, uti plenissimè probant Testes *ibid. Num.62. à pag.167.* Superno itidem *accedente* peculiari DONO CONSILII, ex quo proinde *ad ipsum* Dei Famulum *plerique omnes* cujusvis *status*, & *conditionis*, adibant *consilii causa*, in *abstrusioribus* etiam casibus, *Doctores*, *Ecclesiastici*, ac *Saculares*, experientiâ edocti, *nunquam eventu* ejus *consilia* fuisse *frustrata*; cum ipse præsertim *ad orationem* confugeret, exindeque *ejus dicta* adamussim *succederent*, ad majorem *Dei gloriam*, & ipsorum *consulentium utilitatem*, uti latissimè, & pluribus relatis individuis casibus, de visu, ac etiam de facto proprio adamussim comprobant Testes *ibid. Num.63. à pag.173.*

45 Sed nè singillatim enumerando abeamus in infinitum, *uno verbo* dicimus, quòd PLURIMI sunt, qui nostri Ven. Dei Famuli *monitis* excitati, *perfectioris vitæ studio* sese addixerunt; & *Mundanis rebus valere jussis*, varios *Religiosos Ordines* ingressi sunt, aut *in suscepta* Religiosa *vocatione* sunt *confirmati*; ut ferè *nemo* de ejus tempore *in toto Regno Majoricensi* alicui *Ordini Religioso* nomen dederit, quin aut *suæ vocationis initia*, aut *explorata Divinæ voluntatis comprobationem*, aut *meliora Charismata* eidem nostro *Ven. Dei Famulo* referret *accepta*, ut ibidem probatum est *Num.64. à pag.178.* Quibus & alii omnes accedunt, *quotquot* cum ipso *aliquatenus communicarunt* (communicarunt autem *plurimi*) tum *ex ipsa Societate* viri admodùm *insignes*, Provinciales, Rectores, Visitatores, & alii; tum *ex aliis Religiosis Ordinibus*; & ipsi etiam *Principes* Viri, *Episcopi*, & *Pro-Reges* Majoricenses,

censes, *Judices*, *Magistratus*, *Inquisitores*, & alii; qui *omnes* immediatæ, aut mediatę *Ven. Dei Famuli communicationi*, *consiliis*, *monitis*, *orationibus* sese *plurimùm debere* professi sunt, ut *ibid Num.65. à pag* 184.

46 Et in his magis *in specie* ipsi etiam *duo ejus Confessarii* nominatim sunt accensendi; quorum Primus P. JOANNES TORRENS, a nullo unquam *Spirituali Libro* se tantopere ad *Dei amorem fuisse incitatum*, ait, quantùm *ab una conversatione* ejusdem *Ven. Dei Famuli*; cujus etiam *orationibus* nunquam *frustrà se commendaverit*, quin *eodem momento* temporis *valde sensibilem* in suis *spiritualibus* necessitatibus, & verè etiam *miraculosum* pluriès in suis *corporabilibus morbis* expertus fuerit *effectum*, ut ibi latiùs *Num.66. a pag.*188. Alter verò ejus Confessarius P. MATTHÆUS MARYMON, usque *a pueritia* se Ven.Dei Famuli *Sanctitatem admirari cœpisse* testatur; cujus *exemplo* permotus, ac *Societatem ingressus*, in adolescentia, *& Majoricam* tandem *reversus*, ac *per sexdecim annos* cum ipso *intimè versatus* usque *ad obitum*, nonnisi *rarissima* in eo *semper* viderit *exempla Virtutum*; adeoque ipse *heroica* ejus *gesta* conscripserit, ut etiam *posteris* omni tempore, & *Societatis Sacerdotibus* non minùs, quàm *Temporalibus Coadjutoribus*, esse valeant *incitamento*, ut latiùs *ibid. Num.67. à pag.*191.

47 Quibus, pro coronide, *alii* etiam *plures* accedunt, qui propiùs *ex ipsa* nostri Ven. Alphonsi veluti *Schola*, & *disciplina* prodierunt, & *per Apostolica Missionum Ministeria*, gloriosis *laboribus*, & *Sanctitatis opinione*, ipsam *Societatem*, & *Catholicam Religionem*, in *Indicis* præsertim *regionibus*, illustrarunt; in quibus est in specie P. FRANCISCUS COLIN, qui *Majoricæ adolescens* cum Ven. Dei Famulo *conversatus*, & *Indicam* deinde *vocationem*, & *Missionem* secutus, *Infidelium conversioni Manila in Insulis Philippinis* usque *ad obitum* totus incubuit, ut ibi latiùs *Num.68. a pag.* 193. FR. DIDACUS RUIZ, alter *Temporalis Coadjutor Soc. Jesu*, qui in *abjectissimo Coquinæ exercitio*, totis *triginta annis*, in eodem *Majoricensi Collegio*, & in *omnimoda* sui *abnegatione*, *mortificatione*, *patientia*, *& pietate* traductis, non fine *opinione Sanctitatis* ibidem in Cœlum evolavit, *Num.69. à pag.*195. P. DIDACUS SAURA, qui *Alphonsi consilio*, & *orationibus* Societatem ingressus, *Angelicæ innocentiæ*, & altissimæ *perfectionis* evasit *exemplum*; & *Indicam* item *vocationem* secutus, *in Apostolico* ministerio *consummatus in brevi explevit tempora multa*, in præfata *Civitate Manilæ*, unde ad Cœlum emigravit, *ibid. Num.70. à pag.*198. P. HIERONYMUS LOPEZ, qui *mirabili* Divinæ *providentiæ ductu*, ex *Majoricensi* Collegio *in captivitatem*, & ex *Algerina captivitate* in celeberrimum evasit *Hispaniarum Apostolicum* Operarium, ut ibi latiùs *Num.71. à pag.*201. ; P. HIERONYMUS DE MORANTA, Patria *Majoricensis*, qui a Ven. Alphonso *a pueritia educatus*, in Societatem ingressus, & *in Americanas Missiones* appulsus tandem *a Tepeguanis Infidelibus* in *Apostolico* Ministerio *interemptus* Martyr occubuit, ut ibi latiùs *Num.72. à pag.*205. , Et VEN. PETRUS CLAVER, qui *in adolescentia* a nostro Ven. Alphonso *ad altissimam perfectionem* institutus, & *ex Divina Revelatione* ad *Indicas Missiones* incitatus, *Carthagenæ in America*, totis *quadraginta annis*, convertendis, baptizandis, & incredibili charitate instruendis *Mauris* se totum addixit, dictus idcircò MAVRORVM APOSTOLVS; cujus proinde *heroicæ virtutes* Apostolicæ Sedis judicio sunt *approbatæ*, ex Decreto fa:mem: Benedicti XIV. edito *die* 24. *Septembris* 1747., uti pleniùs, ac plenissimè videre est *in præcit. Elench. Num.* 73. *à pag.*208. *& seqq.*

48 Ex his autem omnibus, quæ *in facto* consistunt, & non ex conjectura, sed *ex certa scientia*, & ut plurimùm *ex visu*, & *observatione propria*, a nostris *Testibus* numero *pluribus*, & apprimè *contestibus* referuntur; planum est,

be-

(r) *heroicas virtutes* tum *Theologicas*, tum *Morales* (r) de nostro Ven. Dei Famulo, *juxta*, *& supra proprium statum* (& ad sensum ipsius etiam contrariæ Animadversionis *num.* 12.) plenissimè comprobari. Vt enim ad rem optimè advertit sa:me: Benedictus XIV. *de Servor. Dei Beatif. & Canoniz. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 15. non est necesse, *ut Beatificandus*, *& Canonizandus debuerit in omnibus* (*virtutibus*) *heroicè se exercere*, *cum sufficiat*, *ut heros fuerit in Fide*, *Spe*, *& Charitate*, *& eodem modo heros fuerit in eis virtutibus Moralibus*, *in quibus*, *juxtà statum suum*, *potuit se exercere*; & rursus *ib. num.* 11. ubi, quod = *probata existentia virtutum Theologalium*, *& præcipuè Charitatis in gradu heroico &c.* (*quia Charitas est vinculum perfectionis*, *Teste Apostolo &c.*) *restricta* est, in reliquis, *actuum heroicorum necessitas ad eas Virtutes*, *in quibus Dei Servus*, *dum viveret*, *juxta suum statum*, *& conditionem*, *potuit se exercere*. Et ratio ulterior est, quia, ut ex unanimi Theologorum, & Asceticorum consensu, bene subsumit Rosignolius *de Discipl. Christ. perfect. l.* 3. *cap.* 3 = *Eas virtutes colere nos Deus vult*, *quibus nititur*, *quibusque perficitur munus vocationis*, *in qua ab eo constituti sumus*.

49 Cumque proinde Ven. Dei Famulus, nedùm heroicè *in Theologicis virtutibus*, & præsertim in *superlativa* quodammodo *Charitate erga Deum*, *& Proximum*, sed & in aliis *etiam* omnibus *virtutibus Moralibus*, & nedùm *juxtà*, sed longè etiam *suprà proprium statum* simplicis *Temporalis Coadjutoris*, mirificè excelluerit; idque semper *promptè*, *facilè*, *& expeditè*, & incredibili *cum delectatione*, usque *ad senectam & senium*; & quidem non per solos *decem*, aut *quindecim annos* [quod aliàs non raró *sufficere* in aliis Causis est reputatum) sed omnino saltem *pro tempore* ejus *status Religiosi*, hoc est *totis quadraginta quinque annis & ultra*; id quod tantò *majorè*, & peculiarem *tesseram* habet absolutissimæ *perfectionis*, & *heroicitatis*, teste Angelico D. Thoma 2. 2. *quæst* 137. *art.* 1 *in corp.*, ubi notat, quòd = *Opus virtutis potest habere bonitatem*, *& difficultatem ex duobus*, *uno quidem modo*, *ex ipsa specie actus &c. secundùm rationem objecti*; *alio modo*, *ex ipsa diuturnitate temporis*; *nam hoc ipsum quod est diù insistere alicui difficili*, *specialem difficultatem habet*; *& ideo diù persistere in aliquo bono usque ad consummationem*, *pertinet ad specialem Virtutem*: Planum hinc est, de *longissima*, & absolutissima OMNIVM VIRTVTVM nostri Ven. Dei Famuli usque *ad obitum*, & *in obitu* [de quo etiam seorsim *egregia* videre est *in præcit. Elench. par.* 3. *à p.* 213. *ad* 226. *per t.*] atque adeo nedùm *plena*, & *plenissima*, sed maximè etiam *supererogatoria RELEVANTIA*, non esse ullatenùs dubitandum.

CAP.

(r) Certum est siquidem, quod cum D. Thoma 2. 2. *qu.* 4. *art.* 1. & passim aliis, apprimè notat sa:me: Benedictus XIV. *cit. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 2. *& seq.* = *formam Fidei* esse *Charitatem*; unde *ex operibus* ex *charitate Dei*, & *Proximi* prodeuntibus *FIDES FORMATA* comprobatur; & in specie *ibid. num.* 4. = *ab externa confessione* eorum, quæ *in corde* creduntur: ex *observantia Præceptorum*: ex *Oratione*: ex *cordis demissione*, & *obedientia Deo*, & *Ecclesiæ Catholicæ*: ex *Fidei dilatatione*, vel *ejus desiderio*: ex *cultu Dei*, *& Sanctorum*: ex *horrore*, & *pænitentia peccati*: ex *patientia* in adversis, *lætitia in bonis operibus*, & *humilitate*; Et similiter *SPES HEROICA* probatur *ibid. num.* 18. *ut in Relat. Causæ S. Ignatij* = ab aspera *pænitentia*: à perfecta *rerum temporalium renunciatione*; à sincera *sui ipsius diffidentia*: & ab *arduis* pro *Dei gloria*, & *animarum salute* susceptis. *CHARITAS IN DEVM*, cum Scaccho, & aliis *ibid. num.* 24. 26 *&* 27., probatur ex *mente in Deum* semper *intenta*: ex *Zelo Divini cultus*, & *honoris*; ex *gaudio* agendi, & *loquendi de Deo*: ex *pace in adversis*, & *lætitia patiendi pro Deo*: ex *observantia præceptorum*, & *consiliorum*: ex relatione *cogitationum*, *verborum*, *operum* in ipsum *Deum*: ex *desiderio moriendi* pro omnimoda *cum Deo unione &c.*; *CHARITAS ERGA PROXIMUM* probatur *heroica*, ex operibus *Misericordiæ*, tum *Corporalibus*, tum maximè *Spiritualibus* in *procuranda* totis viribus *salute animarum*, ut ibi latè *à n.* 34. *& seqq.* Quæ sane *omnia*, & *singula*, & *alia plura* de nostro etiam *VEN. DEI FAMVLO* adamussim *verificantur*, uti supra patet ex dictis.

CAPUT TERTIUM

Relatio Conscientiæ a Ven. Dei Servo Superiorum jussu conscripta, a novissimis omnibus scrupulis vindicatur.

1 GRadum faciens Animadversio *num.* 13. *& seqq.* ad difficultates (ut vocat) repetitas a *Redditione rationis conscientiæ* Superiorum jussu conscripta a Dei Famulo, *tria* pro veritate, ante omnia, in memoriam revocat *à cit. num.* 13. *ad* 17. *per tot.*

2 Primò nimirum, quòd agitur de Dei Servo *literis non informato*, & inter *Temporales* Societatis *Coadjutores* adscripto, quorum est, post Divinum famulatum, *domesticis tantùm* vacare *officiis*; quique ea, quæ scripsit, *scripsit invitus*, & obstrictus *obedientia Regulari*, non in finem *alios docendi*, sed *unicè* ut *res suas internas* Superiorum *judicio*, ac *arbitrio* subjiceret *pro directione*; ut proindè *nihil* affirmaverit, *nihil* negaverit, sed corde *puro*, & conscientia *bona*, & sub nomine *tertiæ Personæ*, ea tantùm expresserit, *quæ*, & *qualiter* in interno suæ *animæ* contigerunt; Undè meritò dubitatum fuerit, an hæc *Scripta* considerata relatè *ad doctrinam* nemini propositam, *nemini* traditam, subjacere possent, necne, *Censuræ Decretorum* Urbani VIII., ideoque in concretis terminis = *Sacra Congregatio fuit in sensu, quod posset procedi ad ulteriora &c. reservato examine super Dubio de Virtutibus*, veluti cum sa: me: Benedicto XIV. latiùs prosequitur Animadversio *cit. num.* 13.

3 Secundò, quod etiamsi accuratissimi, & occulti *Censores* eandem Conscientiæ Relationem *per* singulas *partes* expenderint, & *nonnulla* adnotaverint; *nihil* tamen *censurâ dignum* invenerint, aut adversum *sanæ*, *& Catholicæ doctrinæ*, sed quod unicè *ad mores* potiùs respiceret, & *Dona supernaturalia*, atque adeo *Virtutum heroicitatem*, ideoque proponendum a Fidei Promotore in *Dubio virtutum*, uti eadem Sacra Congregatio censuit, sub dicta clausula = *reservato examine super Dubio virtutum* = subdens idem sa: me: Benedictus XIV. = *Quod porrò a me factum est cum dictas Animadversiones exaravi*, uti prosequitur Animadversio *num.* 14.

4 Tertiò, quod *ea* ipsa *tria*, vel *quatuor capita*, quæ Viri Theologi in sua *Censura* attigerunt, *simul etiam* a Theologica Censura *vindicarunt*; eademque *semel* atque *iterùm* proposita super *Dubio virtutum*, semel atque iterùm diligentissimè *expensa*, discussa, ac *vindicata* sunt in iteratis *Responsionibus Postulatorum*, & signanter in secundis Responsionibus *cap.* 4. *a pag.* 128. *ad* 139. *per tot.* Unde meritò, post hæc omnia obiter commemorata *in contr. Animad. num.* 15. *&* 16., pro veritate concludere cogitur ipsa etiam novissima Animadversio *num.* 17. ibi = *Hæc quatuor capita semel atque iterum proposita, semel atque iterum vindicata &c. consultò censemus omittenda, nè actum agere videamur &c.*, *Consultò etiam omittimus repetere difficultates aliàs propositas &c. relatè ad Visiones, & Dona supernaturalia; cum satis sit pro rectò efformando judicio amplissimos Patres ablegare ad præcedenter scripta ab emeritis meis Antecessoribus, & a Patronis Causæ fusè in Responsionibus congesta*, & signanter *in secundis Responsionibus cap.* 3. §. 4. *a pag.* 110. *ad* 127. *per tot.*

5 His itaque omnibus opportunè *præmissis*, & *omissis*; quod nunc urget novissima Animadversio, illud est, ut unicè = *instituatur sermo de difficultatibus ex integro, & novissimè excitatis a sapientissimis Suffragantibus, qui in postrema Congregatione impensiore studio rimarunt singulas quasque partes dictæ Redditionis rationis*, ut in præcisis terminis, ac veritatis studio nos

 pro-

provocat novissima Animadversio a *num.* 18. *& seqq.*, qui proindè sapientissimis monitis ultrò obsequentes, quò veritatis studium provocat, ecce adsumus.

§. I.

Ad novissimas ANIMADVERSIONES *num.* 19. RESPONSIO.

6 „ Quod itaque PRIMO LOCO dubitatum ab aliquo fuisse, ait Animadversio „ *num.* 19. hanc *redditionem rationis* non prorsus conformari *Regulæ Societatis*, juxtà quam (collatis undeundè pluribus locis) aperiendum erat a Ven. „ Alphonso non solùm *benè actæ vitæ meritum*, sed etiam aperiendæ *propriæ* „ *animæ infirmitates*, & *defectus*; maximè quod strictiùs ad id adigebatur ex „ peculiari *præcepto sui Superioris*, a quo fuit illi injunctum, *quod scriberet* „ *a tempore quo recordabatur*, *Summ. pag.* 179. §. 147. quasi verò *recordatus sit* Ven. Alphonsus (uti subsumit Animadversio) de propriæ *virtutis* „ *merito*, de *cælestibus charismatibus*, de *visionibus*, quas habuit etiam *in* „ *sæculo &c.*, sed alto *reticet* silentio *sordes a Mundano pulvere contractas*; „ nec ipsas exprimit *culpas*, *in quas septies in die cadit justus*, uti latiùs exindè, quasi majus peccatum aliquod suspicando, prosequitur Animadversio „ *cit. num.* 19.

7 Dicimus, certum esse in primis, quod *ex vi Regulæ* non adigebatur Dei Famulus *in relatione Conscientiæ* scripta *post septuagesimum ætatis annum*, ad conscribendam *confessionem generalem* specificam, & *individuam* totius *vitæ anteactæ*; quia hæc ex vi Regulæ nonnisi *semel* præcipitur *in ingressu Societatis*, & tunc = *sub sigillo Confessionis*, *vel Secreti*, *vel quacumque ratione ei placuerit*, *& ad majorem ipsius consolationem fuerit*, ut expresè dicitur in Societatis Instituto *in prim. Examin. general. cap.* 4. §. 36. alibi a nobis relato *in secund. Responsion. pag.* 19. *num.* 38. *& seqq.*, juncto Suaresio optimo domesticarum legum interprete, *ibid. num.* 39., ubi quod = *Regula Societatis est*, *ut* STATIM *ab ipso ingressu* OMNES *se aperiant* SUPERIORI, *&* DEINCEPS *in discursu vitæ* PER CERTA, ET DESIGNATA TEMPORA, hoc est, ut subdit = SEXTO QUOQUE MENSE *rationem hanc esse reddendam*, INCIPIENDO SEMPER AB ULTIMA. (*a*) Nec minus certum est, quòd neque ad id adigebatur Dei Famulus *ex Superiorum præcepto*; nam certissimè = *Li Superiori lo precettarono a scrivere le cose segnalate*, *che sperimentava nell'anima sua*, *col motivo di osservarne meglio lo spirito*, *& assicurarsi da ogni pericolo*, *in realtà però fu per avere originali certi di grazie*, *e favori tanto straordinarj del Signore*, uti omnium nomine expresè dixit ultimus ejus Confessarius, & Vitæ scriptor P. Matthæus Marymon *ibid. relat. in cit. Responf. pag.* 21. *num.* 43., *& in not. litt.x.*, & alii consonant in respectivo eorum integro contextu. (*b*) Ac proinde certum est, quod Ven. Dei Famulus nedùm a *Regula*

(*a*) Qua in re multo plura a nobis adducta, & perpensa, ad tramites Instituti Societatis, videre est *in præcit. secund. nostris Responf. a num.* 38. *ad* 42. *pag.* 19. *&* 20. *juncta ibid. not. litt. t.*

(*b*) Nempe P. Gabriel Alvarez, *Sum. n.* 30. *pag.* 179. §. 147. *& seq.* ait ibi = *Dum ego eram Rector &c. ordinavi eidem* (*Ven. Alphonso*) *quod scriberet propria ejus manu res, quæ illi & per ejus animam evenissent, a tempore quo recordabatur* (sed quænam hæ *res* erant? nempe ex *contextu*, de quibus) JUDICABAM *enim ego*, QUOD REDUNDARE POTERAT AD DEI GLORIAM, ET CONSOLATIONEM, ET AUXILIUM SPIRITUALE *multorum*, *quodque* IN SCRIBENDO *dictus Frater Al-*

gula, aut *præcepto* in conscribenda *sua relatione* non defecit, ut imò *Regulæ*, ac *præcepto* usque *ad minimos apices* adamussim *obtemperaverit*, veluti expresè dixit P. Gabriel Alvarez in suo contextu ibi = *Et supradictus* (Dei Servus) OBEDIENDO *ordini & mandato meis*, SCRIPSIT *&c. nullatenus seipsum nominando*, *ita enim sibi placuit facere propter modestiam*, ET EGO EIDEM COMPLACUI; & alter ejus Confessarius P. Torrens, ibi = *Postquam obedientia illi ordinavit*, *quod redderet dictam rationem in scriptis*, *licèt esset profundæ obedientiæ &c.*, *remansit summoperè afflictus propter ejus profundam humilitatem*; habitoque recursu ad Deum *in oratione*, perceptâque Dei voluntate, = *magna cum* CURA, *&* FIDELITATE PARUIT OBEDIENTIÆ, *residuum illius vitæ*, USQUE AD MINIMUM.

 8. Et

Alphonsus GESTA SUA, ET GRATIAS EI A DOMINO COLLATAS (ecce nimirum *præcepti finem* apertissimum) *non esset eidem occasio vanitatis*, *& hoc* PROPTER FIRMAM SPEM, *quam ego & omnes habebamus* IN EJUS SOLIDA SANCTITATE, ET HUMILITATE; *& pro certò existimans ego*, *quod si dictus Ven. Frater non stringebatur præcepto* OBEDIENTIÆ (ecce iterùm eundem, & apertissimum *finem* Præcepti *scribendi*, aliàs enim) NON DETEGERET COMMUNICATIONES ET INTERIORES FAVORES SIBI A DOMINO COLLATOS, *videbam enim illum semper recollectissimum*, *&* OMNINO ALIENUM A DETECTIONE, ET APERITIONE RERUM SUARUM EJUS SANCTITATEM DETEGERE VALENTIUM; *& supradictus* OBEDIENDO ORDINI, ET MANDATO *meis*, SCRIPSIT, *propria manu*, GESTA SUA, SEU RES SUAS *in præcedentibus foliis* (ecce autem ejusdem *Superioris attestationem* apertissimam, quod Dei Famulus *præceptum* adamussim *impleverit*, & quidem *per eosdem terminos scribendo*, unde & ipse *Superior* dixit, quod = *Scripsit propria manu*, *gesta sua*, *seu res suas in præcedentibus foliis*, quæ sunt *illa eadem originalia*, quæ idem Superior *præ manibus habebat*, dum ita *attestaretur*, & sunt eadem impressa in Summario *cit. num.* 30.) *sub nomine Tertiæ Personæ*, *nullatenus seipsum nominando*; *ita enim sibi placuit facere propter modestiam*, ET EGO EIDEM COMPLACUI. Ut proindè certissimè hujus *Superioris præceptum*, ad præcisos ejus *terminos*, & *beneplacitum* (ipsomet *Superiore* nobis *testante*) noster Ven. Dei Famulus *ad unguem impleverit*, ut patet.

Alter verò ejus Confessarius P. Joannes Torrens *eodem Summ. pag.* 117, *& seq. a* §. 2. *ad* 10. præmisso, quod = *Gubernavit* (*istud Collegium*) *quinque vel sex annis* (ab anno scilicet 1707., & sequentibus) mox de *redditione rationis* a Dei Famulo *in scriptis* danda, subdit, quod = *postquam negotium hoc Domino commendavi*, *mihi visum fuit*, *quod tenebar* ORDINARE *dicto Fratri Alphonso*, QUOD RATIONEM CONSCIENTIÆ, QUAM DICTUS FRATER SOLEBAT DARE, SICUT DANT OMNES ALII, VERBO, QUOD IPSE ILLAM DARET IN SCRIPTIS *saltem bis quolibet anno* (ecce itaque alterius hujus *Superioris*, ejusque *præcepti* terminos *limitatos*, ad temporaneas *de eo tunc*, & in *posterum* occurrentes *relationes Conscientiæ*; adeoque *per accidens* est, non in vim præcepti, quod subindè ob *rerum correlationem*, etiam *pristinas res* aliquando Dei Famulus commemoraverit, unde benè subditur in contextu) *& propter hanc causam remansit de illius rebus notitia minutim a decem*, *seu duodecim annis citra in scriptis* (nam *totidem annis* Dei Famulus *supervixit*, qui obiit anno 1617.) *ac etiam de illis notabilioribus concernentibus ad illius vitam*, *quæ antea gesta fuerant*. *In eo autem quod concernit dare rationem conscientiæ in scriptis &c. postquam id obedientia illi ordinavit &c. licèt esset profundæ obedientiæ*, *etiam quantum attinet ad obedientiam intellectus*, *& obedientiam cæcam*, *remansit summoperè afflictus propter ejus profundam humilitatem &c.* (habitoque recursu ad *orationem*, & percepta *Dei voluntate*) *quod a cæterò daret rationem in scriptis &c. & quod hæc erat voluntas Dei &c. procuravit* MAGNA CUM CURA, ET FIDELITATE PARERE OBEDIENTIÆ, *residuum illius vitæ*, USQUE AD MINIMUM. Et ecce hujus etiam *Superioris attestationem* de *fidelissima obedientia* præstita a Dei Famulo *ad præcepti tramites*, & usque *ad minimum*.

8 Et nihilominùs certissimè etiam liquet ulteriùs, quod noster Ven. Dei Famulus nedùm *favorum*, & *cœlestium charismatum* in conscribendis *conscientiæ relationibus* est *recordatus*, sed & ipsas *sordes a mundano pulvere* olim *in primo seculari statu contractas* jugiter in mente habuit, & *uberrimis lacrymis*, ac *suspiriis* est prosequutus; & nedùm *præteritam*, sed & *præsentem*, dum scriberet, propriam *infirmitatem*, & quibus subinde *tentationibus*, ac *timoribus* esset obnoxius, & quas in se *culpas*, seu *defectus*, seu *imperfectiones* ipse utique *agnosceret*, vel *timeret*, etiam *in specie*, ac *in individuo* humiliter *exprimere*, & in singulis ferè paginis opportunè *exagerare* nunquam destiterit, veluti passim in conscripta *Conscientiæ relatione* est recognoscere in primo Causæ Summario *num.* 30. *a pag.* 151. *& seqq.*, & ibi signanter *a* §. 1. *ad* 21., & rursus *pag.* 156. *& seq.* §. 48. *& seqq.*, *& pag.* 165. §. 91. *& pag.* 167. §. 97. *&* 98., *& pag.* 172. §. 122. *& seqq.*, *& pag.* 173. §. 126. *& seqq.*, *& pag.* 197. §. 227. *& seqq.*, *& pag.* 199. *in fin. & seq.* §. 242. 243. *&* 244., *& pag.* 203. *a* §. 253. *ad* 260., *& pag.* 211. *a* §. 305. *ad* 309., *& pag.* 212. §. 313. *&* 314., *& pag.* 216. §. 327. *&* 331., *& pag.* 227. §. 386., *& pag.* 229. §. 399., *& pag.* 236. *& seq. a* §. 446. *ad* 460., *& pag.* 246. §. 520., *& pag.* 249. §. 534, *& pag.* 253. §. 556., *& pag.* 254. §. 563., *& pag.* 258. §. 593. *&* 594, *& pag.* 268. §. 636., *& pag.* 275. §. 685., & alibi passim; Ut *mirum* proinde *videri* possit, quod ad hæc *in facto* non adverterit oculatissima Animadversio.

9 Quod si porrò in hac ipsa Conscientiæ Relatione *actuales* culpæ *graves*, aut *palpabiles*, & *positivi defectus* non feriunt legentium oculos *pro* longissimo *tempore posteriori*; non ideo hoc accidit, quasi *eos* Dei Famulus *alto silentio* prætererit, ut immeritò suspicatur Animadversio; sed ideo, quia Sancti Viri, cum *ad gradum heroicæ* perfectionis, & *intimæ* cum Deo *unionis* ascenderint (uti jamdudum ab ipso etiam *Seculari statu* per decennium, tantoque deinde magis *in statu Religioso* per quadraginta annos & ultra, *ad hunc gradum* noster Ven. Alphonsus ascenderat) nedùm *a gravibus* Dei *offensis* prorsus abhorrent, sed & = *id consequuntur, ut post conversionem suam, ac gustatam Spiritus Sancti dulcedinem, nunquam aut rarissimè peccata venialia scienter, & ex industria, & cum plena deliberatione committant*, ut ex concordi Mysticorum, & Asceticorum consensu, latè prosequitur Jacobus Alvarez de Paz *de exterminat. mali lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 9. Esto interim ab *indeliberatis defectibus* nec etiam *Viri Sanctissimi* sint immunes, de quibus illud procedit exadversò inculcatum quod *septies in die cadit justus*, & illud = *Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus*; & de quibus ipsa etiam Sacrosancta Tridentina Synodus definivit *Sess.* 6. *de Justificat. cap.* 11., quod = *In hac mortali vita quantumvis sancti & justi, in levia saltem, & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur peccata, quandoque cadunt, & non propterea desinunt esse justi*; in quo sensu consentiunt omnes Patres, Cyprianus, Irenæus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius, Chrysostomus, Nazianzenus, Clemens Alexandrinus, Fulgentius, Beda, Bernardus, Bonaventura, D. Thomas; aliique passim Theologi apud Suarez *lib.* 9. *de Gratia cap.* 8. *a num.* 18. *& seqq.*

10 Apposité itaque ad hanc *distinctionem*, ipsa etiam scripta *Conscientiæ ratio* procedit nostri Ven. Dei Famuli; ut *passim* nimirum se *peccatorem* agnoscat, & proprios *defectus* passim *exageret*, sed ita tamen, ut *promptum se mori potius, & ipsas etiam paratum sustinere pœnas Inferni dicat, quàm Deum ullatenus scienter offendere*, & a *Divina gratia* excidere etiam *in minimo*; quæ ipsissima est Sanctorum Virorum *oculatissima* se *custodiendi* methodus, de qua post alios, ipse etiam expertissimus, & jam *probatæ heroicæ virtutis Asceticus* monet Ven. Ludovicus a Ponte *tom.* 2. *comment. in Cantic. lib.* 9.

ex-

exhort. 6. §. 4., quod = *Interest valdè* (inquit) *inter perfectos*, *& imperfectos*, *cum ad examinandos seipsos descendunt*. *Isti enim cum multoties delinquant ex malitia & electione &c.*, *oculos conjiciunt in tribulos & spinas*, *quæ eradicandæ sunt*, *& comburendæ*. *Illi autem cum firmo animo decreverint*, *ex electione*, *& scienter nec peccatum minimum patrare*, *ferè omnes eorum culpæ*, *& defectus*, *ex subreptione sunt*, *& inadvertentia*, *quæ vel ipsis bonis operibus immiscetur &c.*, *ideoque dum se examinant*, *in ipsa bona opera respiciunt*, *ut si quos defectus habeant*, *dignoscant*; *sciunt enim scriptum esse* = *Cum accepero tempus*, *ego justitias judicabo*. Idque porrò cum de nostro etiam *Ven. Alphonso* adamussim *verificaretur*, de quo *Testes* oculatissimi & per *longissimum* spatium temporis nedùm *ullam* vel minimam *imperfectionem* in ipso adnotare non potuerunt, *ut summam* potiùs *in omnibus* ejus actionibus *perfectionem* semper *admirabundi* suspicere coacti sint; mirabimur, si idcircò in ejus *scripta Conscientiæ ratione* nonnisi *tales defectus* adnotari potuerint, ut ipsi quoque Reverendissimo Oppositori, post omnem adhibitam censuram, videri potiùs, ac dici meruerint = *Inexistentia defectuum*?

§. II.

Ad novissimas Animadversiones *num. 20. ad 24.* Responsio.

11 „ SECUNDO LOCO, illud ex præfata Conscientiæ relatione urget Animadversio *num. 20. & seqq.*, quod inibi habet Ven. Alphonsus, *Summar. pag. 158. §. 61.* = *Vidit seipsum fruentem Dilecto suo*, *veluti in alia regione*, *oblita omnium rerum Terræ*, *& sui ipsius*, *eo quod sit tota occupata in actuali amore Dei præsentis*, *& noti*, *& hoc modo est mortificata*, *& segregata ab omnibus rebus mundanis*, *& vivit soli Deo*, *& hoc modo Anima est quasi Dea*. Aliquam siquidem molestiam creat viro Theologo, quod Servus Dei sibi tribuerit hanc *animæ Deificationem*, prout etiam infra sub *num. 21.* ubi aliam *animæ unionem* commemorat, & *transformationem in Deum*. Hujusmodi enim emphatico, & insolito loquendi modo posset quis imaginari, & in errorem facilè induci, *animam* Deum *contemplantem*, eoque *fruentem* ita *desinere esse in suamet existentia*, ut convertatur, transformetur, & absorbeatur *tota in esse Divinum*, quod erat quorundam Mysticorum deliramentum, quos urget, confutatque doctissimus æquè, ac piissimus Gersonius in *Epist. ad Carthus. part. 1. pag. 469.*; prout etiam nonnullis displicuisse, ait eadem Animadversio, quod immediatè addidit Dei Servus *eod. §. 61.* = *Et sicuti anima est bene experta in isto Dei amore*, *ita consequitur tam elevatum statum perfectionis amoris Dei*, *ut ferè semper diligat Deum suum actu continuo ab amore continuato*; = quasi verò inter varias, & frequentes hujus vitæ distractiones, dari possit *actus amoris* ita *continuus*, ut nunquam interrumpatur, sed *subsistat semper*, semperque *permaneat*: Sola enim *Beatorum* spirituum vita est *actus continuus contemplationis*, *& amoris*, ut (cortice tenùs Servi Dei expressiones accipiendo) in præcisis terminis loquitur Animadversio *cit. num. 20.*

12 At verò si præfatæ Servi Dei *expressiones* in suo integro, *& originali* Hispanico *contextu*, & in congruo *mystico sensu loquentis* accipiantur, nihil omnino absonum habent, nihil quod a veritate *sanæ doctrinæ*, & a sexcentis *similibus* Sanctorum, & probatorum Asceticorum *mysticis expressionibus* ne latum quidem unguem, ut ajunt, abscedat. (*c*) Qua in re, etsi ea satis super-

(*c*) Hic enim est ipsissimus *supremus* gradus *Amoris*, & *Contemplationis*, ad quem perveniri potest in hac vita mortali, & de qua consulendi = *Omnes mystici Scripto-*

perque esse possent, quæ ab ipsomet doctissimo Animadversore, pro veritate deducta sunt *in cit. novis. Animad. num. 21. ad 24. per tot.*, adhuc tamen liceat etiam nobis, uberioris defensionis gratiâ, rem ad hæc summa capita revocare.

13 Quod nempe, juxtà solidissima Theologiæ principia, *tripliciter* Dei *unio* cum Anima *considerari* potest: primò nimirùm *ratione Divinæ immensitatis*, qua rebus omnibus tam spiritualibus, quàm corporalibus præsens est, sicut aeri lumen, & anima corpori; *in ipso enim vivimus*, *movemur*, *& sumus*, ut inquit Apostolus *Actor. cap. 17. vers. 28.* Deinde *per Gratiam habitualem sanctificantem*, quæ ita animæ infunditur, & unitur, ut exinde veluti participes, & consortes effecti Divinæ naturæ, *Filii Dei* per *adoptionem* nominemur, & simus: hac tamen utrâque unione non obstante, ita Deus est absconditus, ut anima ejus *præsentiam* minimè *experiatur*, nec *sensibili modo* percipiat. Tertiò itaque *per effectum specialis Doni*, *& Charitatis*, quando anima ita elevatur ad diligendum Deum, ut per *intimi amoris* affectum,

---

ptores, & qui de ea ex professo agunt, uti bene admonet doctissimus æquè, ac piissimus Cardinalis Bona *in Via Compendii ad Deum cap. 10.*, ubi hi præsertim *tanquam Fontes* ab ipso indicantur = RICHARDUS VICTORINUS *libris quinque*, DIONYSIUS CARTHUSIANUS *libris tribus*, *& aliis Opusculis*; JACOBUS ALVAREZ DE PAZ *libro quinto tertii Tomi de Vita Spirituali*; VEN. LUDOVICUS A PONTE *in suo Duce spirituali*; *& optime Libris sex* THOMAS A JESU; *quibus addo eximiam Christi heroinam* S. THERESIAM. *Ab his petenda, quæ hic desunt: Quod si aliquis cupit Mysticorum effata Scholastico rigore examinare*, FRANCISCUM SUAREZ *consulat in utraque Theologia versatissimum*, *libro secundo de Oratione*, *&* MAXIMILIANUM SANDÆUM *in sua Mystica Theologia &c.*

Neque enim hìc aliquid commune habet *humana Philosophia*; nam licèt (*ibid. num. 2.*) = *Inter Ethnicos Sapientes plures fuisse Divinorum contemplationi intentos ex scriptis Platonicorum liqueat*, *& ex Historiis*; attamen, *ut notat Albertus verè Magnus lib. de adhærendo Deo cap. 1. illorum contemplatio &c. extra intellectum minimè procedebat*, *cujus solius illustratione posse se ad unionem cum summo Bono pervenire*, *neglecta cura voluntatis*, *falsò existimabant*: *Nostra verò propter* AMOREM DEI *est*; *& idcircò ab* INTELLECTU *transit ad* AFFECTUM *per amorem*. Unde & benè ipsos etiam ex nostris admonet, qui contemplationis viam ingrediuntur, *ibid. cap. 9. num. 2.*, quique = *Subtilioris ingenii*, *nudis discursibus*, *& speculationibus intellectus contenti*, *posse se illis Deum possidere existimant sine* AMORE, *qui* NOS SIMILES DEO *facit*: *& hi similes sunt antiquis Philosophis*, *evanescentes in cogitationibus suis*, *& colentes pro Deo suo phantasmata sua*: *quælibet enim speculatio intellectus est quid humanum &c.*, AMOR *autem est* QUID DIVINUM, *quod nos elevat*, *& rapit extra nos*, *atque* IN DEUM TRANSFORMAT.

Nam omnino etiam inter nos = *ibid. cap. 1. num. 3.* = *Duplex est via*, *per quam itur ad Deum*, *ut Summi Viri asseverant*. *Unam vocant* SCHOLASTICAM, *& communem*; *alteram* MYSTICAM, *& secretam*. *Utraque est Donum cæleste desursum descendens a Patre luminum*; *sed multiplex inter utramque discrimen intercedit*. *Illa humanum studium*, *& inquisitionem requirit*, *paucisque convenit altiori præditis literatura*; *hæc ubique*, *semper*, *& ab omnibus haberi potest*. *Illa speculativa*, *hæc practica*; *illa propriè in intellectu*, *hæc in voluntate sita est*. *Illa exposita illusionibus*, *superbiæ*, *& curiositati*, *habet unde timeat*; *hæc tutò*, *ac simpliciter ambulat*, *nihil quærens præter Deum*. *Illa naturaliter cum phantasia*, *& discursu operatur*; *hæc supernaturaliter cum pura*, *& simplici intelligentia*. *Illa a scientia acquisita*; *hæc a donis infusis Spiritus Sancti procedit*. *Illa angusta est*, *limites non excedens humanæ speculationis*; *hæc cor dilatat ad infinita*, *& omnem modum naturalis cognitionis transcendit*. *Illa longa*, *laboriosa*, *& difficilis*; *hæc brevis*, *expedita*, *& facillima est*. *Illa ab infimis incipiens*, *a pravorum scilicet habituum extirpatione*, *& tumultuantium affectionum moderatione*, *per studium virtutum*, *& vitæ activæ officia*, *ad apicem perfectionis ascendit*; *hæc admirabili circulo* AB AMORE *incipiens* AD AMOREM *progreditur*, *& desinit* IN AMORE.

ctum, & effectum ei copuletur; *amor* enim (ut verè ait S. Dionysius *lib. 5. de Divin. Nomin. cap. 4.*) est *virtus unionem faciens*. Et ad hoc porrò *tertium* unionis *genus* pertinet felicissima illa *unio*, quæ a Theologis *fruitiva* appellatur; qua Deus menti, a terrenarum rerum amore, & vitiis omnibus priùs expurgatæ, ita se immediatè *communicat*, ac *manifestat*, ut eam ad se *elevet*, seque intimè *percipiendum*, *gustandum*, & (quantum fas est animæ adhuc mortali carcere inclusæ, & humanitatis velo circumdatæ) *fruendum* offerat, ut nil ultra sit, quod *summam hujus vitæ felicitatem* possit efficere; cum ipsa sit *quædam veluti futuræ Gloriæ prægustatio*, ut vocat Cardinalis Bona *in via Compendii ad Deum cap. 5. num. 1.*

14 Hæc autem, quæ in ordine ad sua *principia*, in Sacris literis sunt luculenter (*d*) expressa (*d*) nonnisi perpetuo insignium Sanctorum *usu magis*, & *experientia*, quàm *scholæ magisterio* intelliguntur; Nam uti benè Apostolus admonet *1. ad Cor. cap. 2. vers. 14.* = *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei; stultitia enim est illi, & non potest intelligere*; Atque adeò *Res sublimes, & arcanas, quod sibi notæ non sint, quasi falsas aspernari, fidemque abnegare spectatissimæ probitatis viris, cum de Divinis perceptionibus ex propria loquuntur experientia, stultorum est, & impiorum*, uti subsumit Cardinalis Bona *loc. cit. num. 4.* Et S. Bonaventura *de septem itinerib. æternitat. itiner. 4. distinct. 5. art. 3.* = *Si hæc* (inquit) *non gustantur, non amantur; si autem non amantur, non intelliguntur; & si non intelliguntur, vanè audiuntur*; Id quod pariter cum S. Bernardo *sermone 85. in Cantic.*, & passim aliis, ipse etiam noster Dei Famulus egregiè advertit *eod. Summ. pag. 157. §. 52.*, ubi = *Quisnam* (inquit) *explicare poterit magnitudinem istius amoris? Solùm scit de illa gustare ille, qui in eo immersus; & tamen non scit istud enarrare; quia* HÆC OMNIA *concernunt* PURUM SPIRITUM MENTALEM, ET INTELLECTUALEM.

15 Per hanc itaque *intimam* animæ cum Deo *unionem fruitivam*, *per viam amoris*,

(*d*) Hujus doctrinæ fundamenta a Sacris Paginis, & tum a veteri, tum a novo Testamento derivantur. Nam de Moyse constat *Exod. cap. 53.* quod Divini vultus manifestationem postulaverit illis verbis = *Ostende mihi faciem tuam*, sive ut habent septuaginta Interpretes = *Ostende mihi teipsum manifestè*; non quod adhuc *in via* claram, *intuitivam*, seu *quidditativam* Dei *visionem* expeteret, sed tamen utique visionem *fruitivam*, hoc est *clariorem* ea, quam de lege *ordinaria* solet Deus viatoribus impertiri, uti notat D. Thomas *1. 2. qu. 5. art. 3.*, ubi hunc locum explicat de altissima contemplatione *infra quidditativam* Dei *visionem*, unioni ardentissimi amoris indispensabiliter adnexa. Quo sensu idem S. Doctor *part. 1. quæst. 12. art. 11. ad 1.* exponit visionem Jacobi, ubi ait = *Vidi Dominum facie ad faciem*, de qua *in Genes. cap. 32.*, & similiter S. Gregorius Papa *lib. 24. Moral.* explicat illa verba Jobi = *Videbit faciem ejus in jubilo*, *Job cap. 33. vers. 26.*, Et præter illud Psalmi = *Ego dixi Dii estis, & filii Excelsi omnes*; plura sunt de sponsa in sacris Canticis, ut *cap. 1.* illud flagrantissimum = *Osculetur me osculo oris sui*; quam petitionem S. Gregorius Nyssenus exponit de pia anima, *Dei fruitionem*, quæ unione fit *charitatis*, efflagitante; idemque sensit S. Gregorius Papa *exposit. in Cantic. cap. 1.*, & ex utroque S. Bernardus *in eund. loc.*, & Joannes Gersonius *tom. 3. in Cantic. considerat. 3.* Ex novo itidem Testamento illustria sunt loca, ex quibus ejusdem doctrinæ fundamenta a Patribus, & Mysticis derivantur, in quibus est illud Apostoli *ad Galatas cap. 2. v. 20.* = *Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Christus*; & *in Epist. ad Roman. cap. 8.* = *Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imagini Filii sui*; & in *Epist. 1. ad Corinth. cap. 6. v. 17.* = *Qui adhæret Domino, unus spiritus est*; & in *2. ad Cor. cap. 3. vers. 18.* = *Nos verò omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem* TRANSFORMAMUR, *a claritate in claritatem, tanquam a Domini spiritu*: Super quibus locis latè Expositores apud Cornelium a Lapide, & Alvarez de Paz, & omnes Mystici.

ris, nè aliquis error obrepat, illud optimè cavendum monet Animadversio, ut ne hujusinodi cum Deo *unio*, & in eum *transformatio*, *essentialiter* fieri intelligatur, ita ut *anima* suum *esse physicum*, seu *essentiale*, & *entitativum*, ut vocant, verè, & *realiter amittat*, & realiter *convertatur* in *Divinam substantiam*, seu *esse Divinum*; hæc enim nonnisi *putidissima* falsorum quorundam Mysticorum, seu Phanaticorum *deliramenta sunt*, quos meritò redarguit Gersonius *in Epist. ad Carthus. part. 1.* a doctissimo Animadversore allegatus *cit. num. 23.*, & clariùs se produnt ex ipsorum dogmatum tenore damnato tum in Concilio IV. Lateranensi sub Innocentio III., tum a Gregorio XII., tum rursùs a Ven. Innocentio XI. in falso mystico (*c*) Michaele de Molinos. (*c*)

16 Ab his autem deliramentis quàm longissimè absint *interni Mysticorum sensus*, externæque *expressiones*, fas sit ex eodem probatissimo Cardinali Bona breviter recognoscere, qui *in citat. via Compendii ad Deum cap. 5. num. 1. & seqq.* = *Est igitur* (inquit) UNIO FELICISSIMA ET ARCANA, *inexpertis impervia*, *& difficilis explicatu*, *quæ fit in potentiis animæ*, *in* INTELLECTU *scilicet*, *&* VOLUNTATE; *Istæ enim* DEUM *attingunt*, *& illi conjunguntur* ACTIONIBUS PROPRIIS VITALIBUS *&c. In hac unione*, *clarissima luce sapientiæ perfusus* INTELLECTUS, DEUM *respicit*, UT QUODDAM TOTUM, *in quo est* OMNE BONUM, *ita ut ab eo in aliud diverti nequeat*. VOLUNTAS *autem* ARDENTISSIMO AMORE *constringitur*, *qui* INSTAR IGNIS *erumpens omnia quodammodo* ABSUMIT, *ita ut* ANIMA *jam* IN SE *non vivat*, *neque actionibus naturalibus intendat*, *sed* TOTO AFFECTU *in eum transeat*, *cui arctissimo amplexu* CONJUNGITUR. *Ambæ verò potentiæ in* VASTISSIMAM DIVINITATIS SOLITUDINEM, *ut ita dicam*, *introducuntur*; *ubi Pater cunctis* IMAGINIBUS NUDANS INTELLECTUM, *supra rationem nos evehit*: *Filius verò vacuum* INTELLECTUM INFINITA CLARITATE *perfundit*: *Sanctus autem Spiritus* IMMENSO ARDORE *inflammans* VOLUNTATEM, *omnes* AFFECTUS *nostros secum conglutinat*; *quia nimirum id*, QUOD MORTALE *in nobis est*, A VITA IMMORTALI ABSORBETUR. *Hic dicit anima*, *bonum est nos hic esse*; *hic introducitur in cellam vinariam*, *ubi læta bibit sobriam* EBRIETATEM SPIRITUS: *hic canit epithalamium*, *dicens* = DILECTUS MEUS MIHI, ET EGO ILLI (*Cant. 2. 16.*) VIVO EGO, JAM NON EGO, *vivit verò in me Christus* (*Gal. 2. 10.*): *Defluit hic amans anima*, *deficitque a se-*

(*c*) Almerici fuit assertio docens = *Per contemplationem*, *seu unionem mysticam animam contemplantis converti in aliquod Divinum*, *sive in ideam sui*, *quæ est in mente Dei*; quæ quidem assertio jurememeritò damnata fuit in Concilio IV. Lateranensi anni 1215. sub Innocentio III., uti referunt Genebrardus *in Chronolog. lib. 4.*, & Natalis Alexander *in Histor. Ecclesiast. secul. 13. cap. 7. art. 2.*

Altera fuit assertio Raymundi Lulli = *Homo justus & Deus*, *in quibus non est parvus amor*, *sed magnus*, *possunt esse*, *imo sunt ipsamet essentia*, *& natura Divina indistincta*, *& indivisa*, *sine ulla contrarietate*, *& sine ulla diversitate essentiæ*, itidem proscripta anno 1372. a Gregorio XII. veluti admonet Eimericus *in Director. Inquisit. cap. 2.*

Renovatus fuit hic error a nefario Michaele de Molinos, sub pallio annihilationis obvolutus, & a Ven. Innocentio XI. reprobatus inter Propositiones damnatas *in Constit. Cælestis Pastor*, *edit. 12. Kalend. Decembris 1677. Prop. V.*, quæ est ibi = *Nihil operando anima se annihilat*, *& ad suum principium redit*, *& ad suam originem*, *quæ est Essentia Dei*, *in qua transformata remanet*, *& divinizata*, *& Deus tunc in seipso remanet*, *quia tunc non sunt amplius duæ res*, *sed una tantùm*; *& hac ratione Deus vivit & regnat in nobis*, *& anima seipsam annihilat in esse operativo*.

a seipsa; *& veluti ad nihilum redacta*, IN ABYSSUM ÆTERNI AMORIS *collabitur*: *ubi sibi mortua*, VIVIT IN DEO, *nihil sciens*, *nihil sentiens*, *præter* AMOREM. *Perdit enim se* IN DIVINA CALIGINE; *sed sic se perdere*, *invenire est*. *O Sanctam illam animam*, *quæ a Deo singulariter visitata*, *& super omnia creata*, *supraque omnem operationem* ELEVATA, *mediante* MYSTICA UNIONE, IN DEUM TRANSFORMATUR! *Quàm benè illi conveniunt verba illa sapientis* = *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*! (*Sap.* 7. 11.)

17 Hactenus Cardinalis Bona: cum quo, per *eosdem sensus*, & per *eadem* ferè *verba*, apprimè omnes consentiunt, quotquot de *mystica animæ* cum Deo *unione*, tum veteres Patres, tum probatissimi sequentium temporum Mystici, & Ascetici meminerunt. Præter enim S. Augustinum, aliosque a doctissimo Animadversore relatos *cit. num.* 22., eadem, & ampliora, & *efficacioribus* etiam *terminis* expressisse leguntur, in specie, S. Gregorius Nazianzenus, S. Macarius, S. Bernardus, S. Bonaventura, Hugo Victorinus, Riccardus a S. Victore, Joannes Gersonius, Dionysius Carthusianus, Sanctus Laurentius Justinianus, & S. Theresia, qui idipsum optimè experti sunt, cum S. Joanne a Cruce, S. Aloysio Gonzaga, & passim aliis, apud (*f*) Jacobum Alvarez, Thomam a Jesu, Cornelium a Lapide, & alios. (*f*)

F Cum

(*f*) S. Gregorius Nasianzenus *Orat.* 22. = *Quomodo* (inquit) *stilla aquæ modica multo infusa vino deficere a se tota videtur*, *dum saporem vini induit*, *& colorem*; *quomodo ferrum ignitum*, *& candens igni simillimum fit*, *pristina*, *propriaque forma exutum*; *& quomodo Solis luce perfusus aer*, *in eandem transformatur luminis claritatem*, *adeo ut non tam illuminatus*, *quàm ipsum lumen esse videatur*: *sic omnem tunc in Sanctis humanam affectionem quodammodo ineffabili modo necesse erit a se ipsa liquescere*, *atque in Dei penitùs transfundi voluntatem*. Et rursus *Orat.* 41. = *Simus* (inquit) *ut Christus*, *quoniam Christus quoque sicut nos*: *efficiamur Dii propter ipsum*, *quoniam ipse quoque propter nos Homo*.

S. Macarius *homil.* 4. = *Deus* (inquit) *apprehendit sanctas animas sibi pergratas atque fideles*, *fitque Spiritus unus cum illis*, *ut Paulus eloquitur*; *atque*, *ut ita dicam*, *anima evadit in animam*, *& substantia in substantiam*, *quò possit anima in novitate vivere &c.*

S. Bernardus *Serm.* 83. *in Cantic.* ea verba Apostoli *Eph.* 5. = *Estote imitatores Dei sicut filii charissimi*, *& ambulate in dilectione*, *sicut & Christus dilexit nos* = de hac intima animæ cum Deo unione exponens, ait = *Talis conformitas maritat animam Verbo*, *cum cui videlicet similis est per naturam*, *similem nihilominus ipsi se exhibet per voluntatem*, *diligens sicut dilecta est*: *Ergo si perfectè diligit*, *nupsit &c. Verè spiritualis*, *sanctique Connubii contractus est iste*. *Parum dixi*, *contractus*: *complexus est*. *Complexus planè*, *ubi idem velle*, *& nolle idem*, *unum facit Spiritum de duobus &c.*, *amor sanctus*, *& castus &c.*, *qui non in carne una*, *sed uno plane in spiritu duos jungat*, *duos faciat jam non duos*, *sed unum*; *Paulo ita dicente* = *Qui adhæret Deo*, *unus spiritus est*. Idem *in tract. de diligendo Deo cap.* 10. *num.* 28. = *O amor sanctus*, *& castus &c.*, *eò suavior*, *& dulcior*, *quò totum Divinum est*, *quod sentitur*: *sic affici*, DEIFICARI EST. Quam animæ *Deificationem* variis deinde *similitudinibus* explicat ipsissimis verbis, quibus S. Gregorius Nazianzenus *Orat.* 22. ut supra.

S. Bonaventura *in Opusc. sub tit. Stimuli amoris par.* 2. *cap.* 8. = *O mira*, *& inæstimabilis virtus amoris*! *Deum inclinat ad terram*, *mentem elevat od patriam*; *& Deum*, *& animam*, *vel hominem simul conglutinat ad gloriam*; *Deum facit hominem*, *& hominem facit Deum &c.*; *O amor*, *quid tibi tribuam*, *qui me fecisti Divinum*? *Vivo ego*, *jam non ego*; *vivit autem in me Christus*. *Inenarrabilis est virtus tua*, *o amor*, *qui lutum in Deum transfiguras*!

Idem *in Legenda de S. Francisco cap.* 13. *relat. in Breviar. Rom. ad diem* 17. *Septemb. Lect.* 4., de illo ait, quod = *Supernæ contemplationis dulcedine abundantiùs solito superfusus &c.*, *sursum ageretur in Deum*, *& affectus compassiva teneritudine in eum transformaretur*, *cui ex charitate nimia crucifigi complacuit &c.* = Et in-

fra

Cum quibus porrò si noster etiam VEN. ALPHONSUS conferatur in suo *integro & originali contextu Hispanico* tantisper, uti par est, expendendo; non dubitamus, quin nedùm ipse *per eandem tutissimam* aliorum Sanctorum *viam* ad eundem *summæ contemplationis*, & *unionis gradum* fuerit evectus, sed quòd insuper in hisce enarrandis, & *explicandis*, quæ in interno suæ animæ contigerunt, etsi rudi stylo, utpote literarum expers, adhuc tamen *feliciùs quodammodò* sese *expresserit*, certè saltèm *distinguendo* semper *apertissimè* diversam *animæ* suæ *essentiam*, & in ipsamet *unione*, seu *transformatione mystica* entitativam *existentiam* omnino *realiter distinctam* ab essentia *Divina*; undè eò magis nostri Ven. Dei Famuli *expressiones* a præindicatis Phanaticorum *erroribus* absunt *quàm longissimè*.

18 Sed jam ipsum *Ven. Dei Famulum* audiamus, qui de se ita refert in sua Relatione conscientiæ *cit. Summ. num.* 30. *a pag.* 156. *& seqq.* §. 48. *& seqq.*, „ quod nempe „ *post exercitium vitæ* PURGATIVÆ, *& postquàm etiam exercuerat se in consideratione Vitæ, Mortis, Passionis, & Resurrectionis Christi Domini Nostri aliquibus annis, quæ est* VIA ILLUMINATIVA &c. (& quidem cum *sensibili* etiam *participatione* in spiritu *Mysteriorum* vitæ, & mortis Christi, & signanter ejus *vivificæ passionis*, ut alibi advertimus *in Elench.*

---

fra *lect.* 5. *quòd* = *ideo hujusmodi visio suis fuerat præsentata conspectibus, ut amicus ipse Christi prænosceret, se non per martyrium carnis, sed per incendium mentis totum in Christi Jesu Crucifixi expressam similitudinem transformandum.*

Hugo a S. Victore *in Soliloquio de arrha animæ tom.* 2. *pag.* 144. = *Ea vis amoris est, ut talem te esse necesse sit, quale illud est, quod amas; & cui per affectum conjungeris, in ipsius similitudinem, ipsa quodammodo dilectionis societate, transformaris.* = Et *in Opusc. de amor. inseparabili cap.* 4. = *Ut autem* (inquit) *hac unitiva virtute concurrere possint affectus amantium, cor amantis liquefieri necesse est, ut transfundi, & transformari, & in illum, quem amat, mutari, & uniri alteri possit; quemadmodum aquæ stilla infusa vino deficere a se tota videtur &c.*

Riccardus a S. Victore *lib.* 5. *de Contemplat. cap.* 12. = *Cur non & rectè dicatur* (inquit) *spiritus semetipsum non habere, quando incipit a semetipso omnino deficere, & a suo esse in supermundanum quendam, & verè plusquam humanum statum transire, & mirabili transfiguratione, spiritus ille ab humano videatur in Divinum deficere, itaut ipse jam non sit ipse, eo dumtaxat tempore, quo Domino incipit altiùs inhærere: qui enim adhæret Domino, unus spiritus est.*

Jo. Gerson *tom.* 3. *in Cantic. considerat.* 3. = *Amor* (inquit) *expositus in Cantico Canticorum fruitio Dei, vel osculatio oris nominatur aptissimè, non solùm habitualis, & tepida, sed actualis, fervens, & exstatica, & præcipuè Seraphica, cujus est immediatè ferri in Deum, quamvis ex parte animæ concurrat multitudo habituum, & influentiarum &c. Quæ omnia tanquam virtus univoca, tradente Dionysio, replent, & restituunt, & convertunt ad congregantis Patris unitatem, & Deificam simplicitatem.*

S. Theresia ita se explicat *manson.* 7. ibi = *Questa segreta unione si fa nell'intimo centro dell'anima, che dabb'essere dove stà il medesimo Dio &c. E' un segreto sì grande, ed una grazia tanto sublime quella, che Dio quivi comunica all'anima in un istante, ed è così grande, e soave il diletto, ch'ella sente, che non sò io a che somigliarlo: se non che voglia il Signore per quel momento manifestarle la gloria che è nel Cielo, per più alto modo, che per qualsivoglia visione, o gusto spirituale. Non si può esprimere, quanto (per quello che si può intendere) rimane lo spirito di quest'anima fatto una cosa con Dio.*

Et infra rursus = *Nel matrimonio spirituale è come cadendo acqua dal Cielo in un fiume, o fonte, dove l'una, e l'altr'acqua di maniera s'uniscono, che già non si può discernere qual sia quella del fiume, e quella, che cadde dal Cielo: o come un picciolo ruscelletto, ch'entri nel mare, tra le cui acque non sarà rimedio di far divisione; ovvero come se in una stanza fossero due fenestre, per le quali entrando una gran luce, bench'entri divisa, dentro nondimeno si fa tutt'una. Sarà forse questo quel che dice S. Paolo, che chi s'accosta a Dio, si fa seco uno spirito &c.*

S.

„ *Elench 2. Position. pag. 25. & seqq*) *fuit elevatus ad considerationem* DIVI-„ NARUM PERFECTIONUM *Omnipotentis Dei*, PER QUAM FIT UNIO „ ANIMÆ CUM DEO PER ITER AMORIS; *per medium cujus exerci-„ tii cor suum* INFLAMMABATUR, ET ARDEBAT IN DEI AMORE „ *summopere*, *& hoc proveniebat ex magna* COGNITIONE, *quam Deus hic* „ *illi dabat* DE SEMETIPSO. Quæ ipsissima, & solidissima *fundamenta* sunt totius *mysticæ unionis*, uti per Patres, Theologos, & Mysticos patet ex dictis (*in præcit. Not. litt. f.*)

19 Explicans autem Dei Famulus, quomodo ad id ascenderet; id in primis fuisse ait *per discursum*, & per varias *considerationes*, ut ibi §. 50. „ *Considera-„ tione infinitæ* BONITATIS, *& Dei* AMORIS, *cum quo amore* INFINI-„ TE *ipse* DOMINUS AMAT ANIMAM; *& per medium considerationis* „ INFINITI ESSE DEI PLENI INFINITIS PERFECTIONIBUS; *&* „ *per medium considerationis multorum*, *& ingentium* BENEFICIORUM, „ *quæ semper illi contulit*, *& confert*, *considerando* QUISNAM *est ipse qui* „ EA RECEPIT, ET RECIPIT „ (his porrò omnibus considerationibus defixa) „ *extrahendo*, *&* VIDENDO *anima ipsa &c.* COGNITIONEM „ ET AMOREM DEI, *& cognitionem veram* SUI IPSIUS, *hoc modo* IN-

 „ FLAM-

S. Joannes a Cruce, cujus Opus sub tit. SALITA DEL MONTE CARMELO, est ibi, quod = *In esso si contiene il modo di salire sino alla cima, ch'è l'alto stato &c. della* UNIONE DELL'ANIMA CON DIO. Argumentum secundi Operis *sub tit.* NOTTE OSCURA, est ibi = *Il cammino della* PERFETTA UNIONE D'AMOR CON DIO *&c.*, ibique *lib. 2. cap. 20.* = *Il decimo & ultimo grado* (inquit) *di questa scala d'amore* FA CHE L'ANIMA SI ASSOMIGLI TOTALMENTE A DIO, *perlochè* SI CHIAMERA', ET ANCHE SARA' DIO PER PARTICIPAZIONE *&c.* (*por lo qual se llamarà, y lo serà* DIOS POR PARTICIPACION) *però le resta qualche cosa coperta, e tanto, quanto le manca per la somiglianza totale con la Divina essenza &c.*

Quarti verò ejus Opusculi hic ipse titulus est = LA FIAMMA D'AMOR VIVA *&c. e tratta della* PIU' INTIMA UNIONE, E TRASFORMAZIONE DELL'ANIMA CON DIO; & in proœmio, ibi = *Sebbene &c. di sopra si parlò del più perfetto grado di perfezione, a cui in questa vita si possa arrivare, ch'è la* TRASFORMAZIONE IN DIO *&c.*, *tuttavia la presente tratta dell'amor già* PIU' QUALIFICATO, E PERFEZIONATO *in questo medesimo* STATO DI TRASFORMAZIONE *&c.* Et infra *Stroph. 1. sub fin.* = *Dio per consumarla, ed elevarla più dalla carne, fa in essa alcuni investimenti Divini e gloriosi a maniera d'incontri, che veramente sono incontri, co' quali sempre penetra* DEIFICANDO LA SOSTANZA DELL'ANIMA, *e facendola* COME DIVINA; *nel che* L'ESSERE DI DIO ASSORBISCE L'ANIMA (ENDIOSANDO LA SUSTANCIA DEL ALMA *&c.*)

De S. Aloysio Gonzaga eadem videre est in Menologio Soc. Jesu edit. a Patrignani *in Vita P. Achillis Gagliardi ad diem 6. Julii num. 4.* ubi = *Compose il Servo di Dio tra le altre opere &c. il piccolo Librettino, intitolato* = *Il Compendio della perfezion Cristiana* = *contenente la pratica d'unire l'anima con Dio &c. Stampato ch'egli ebbe questo libretto d'oro &c. sentì dire, che il nostro Giovine S. Luigi Gonzaga era veramente arrivato a quell'intima unione &c., e trovò, che il Santo Giovane entrava ogni giorno in quella Divina caligine, come vien chiamata da S. Dionigi Areopagita, in cui l'anima si perde non solo agli occhi degli altri, ma anche a' suoi medesimi, non vedendo, nè pensando ad altro, che a Dio, e quivi uscita da se a forza d'un veementissimo amore, e in lui trasformata, entra a parte del gaudio del suo Signore.*

Eadem tradiderat S. Laurentius Justinianus *in Lib. de instit., & regim. Prælator. cap. 18.*, ut ipsemet refert doctissimus Fidei Promotor *in contrar. Animadver. num. 22.* Et (ut alios omittamus) de S. Rosa Limana videre est in Bulla ejus Canonizationis apud cl: me: Fontaninum *in Cod. Constit. 92. a pag. 407. & 409. & seqq.*

Nimirùm, ut ad illud Apostoli 2. *ad Cor. cap. 3. vers. 18.* = *Nos verò omnes revelata facie gloriam Domini speculantes in eandem Imaginem* TRANSFORMAMUR, *a claritate in claritatem, tanquam a Domini spiritu*, = optimè, post alios, advertit

Cor-

„ FLAMMATUR, *&* ARDET *in Dei* AMORE JAM NOTO: *per hanc*
„ *viam discursus*, *dat* INTELLECTUS *materiam* VOLUNTATI SUÆ,
„ *ut se occupare valeat* IN DEI AMORE *jam nota* IPSA TOTA, *&* IN-
„ FLAMMATUR *in* AMORE, *&* DESIDERIO PATIENDI *magnos* LA-
„ BORES *pro* DOMINO TAM BONO; & hinc porrò „ *tantò magis* ASCEN-
„ DIT *anima ad Deum suum*, *& ad ejus cognitionem*, *quantò ipsamet se*
„ HUMILIAT, *& infimam reddit*; *propter quod ista Persona constituebat se*
„ IN CONSPECTU DEI *sui*, *& aut cum affectu cordis*, *aut ore dicebat ei-*
„ *dem*: *Domine*, *fac ut ego* COGNOSCAM TE, ET ME.

20 Hinc autem, *cessante discursu*, meritò incipiebat ejus *animæ* superna *elevatio* in Deum, & *contemplatio*, uti graphicè, & *magistraliter* (nonnisi tamen, quàm *experientiâ* edoctus) immediatè prosequitur §. *52.* ibi „ *Et eodem in-*
„ *stanti* ELEVABATUR *super omnia creata*, *& tanto* LUMINE, *&* CO-
„ GNITIONE DEI *&c.*, *cum Deo suo* AMBO INSIMUL SOLI, *perinde*
„ *ac si essent in alia regione*, *ubi* DEUS *illi* COMMUNICABAT *tam* IN-
„ GENS LUMEN *&c.*, *ut deveniret ad* COGNITIONEM DEI SUI, *non*
„ *per discursus*, *sed* PER ILLUMMET, *non per rationes*, *sed* PER CLA-
„ RUM LUMEN COELI: *& juxtà mensuram* HUMILITATIS, *qua hæc*
„ *anima humiliabat seipsam*, *juxtà eandem mensuram* ELEVABAT *Deus* AD
„ COGNITIONEM *sui ipsius*, *& juxtà hanc mensuram* ARDEBAT IN
„ AMORE DEI SUI; *jam &* JUXTA MENSURAM AMORIS CRE-
„ SCENTIS *in ipsa*, CRESCEBAT *quoque* IN ANIMA, *per modum refle-*
„ *xionis*, *alia* MAGIS ELEVATA COGNITIO SUI IPSIUS; *ideoque vi-*
„ *debantur pugnare invicem* DEUS, *&* ANIMA, *nempe* DEUS *erigendo*,
„ *&* ELEVANDO ILLAM, *&* IPSA ARDENDO, *& se humilianda*,
„ *ac* VERECUNDAM SEIPSAM *reddendo* IN CONSPECTU DEI; *&*
„ *eveniebat*, *quod in ipsa* CRESCEBAT *in tanto* GRADU *ista* COGNI-
„ TIO DEI *&c. cum magna* FAMILIARITATE, *&* AMICITIA *unius er-*
„ *ga alium*, *ut ferè appareret*, *quod* DOMINUS *volebat* SEIPSUM *illi*
„ MANIFESTARE.

21 Et hic porrò ille *altissimus gradus* est, qui ad *unionem*, & veluti *transformationem* pertinet *per iter amoris*, absque eo quod *anima* desinat esse in *sua essentia*, & *existentia entitativa*, & prorsus *distincta*, ac *diversa* ab essentia Dei; nam expresè subdit § *53. ad 55* ibi „ *Aliis vicibus dicendo so-*
„ *lùm* DOMINE, *& respiciendo* INTELLECTUALITER, *& cum oculis*
„ *fidei* IN DEUM *cum magno* AFFECTU; *& aliis vicibus dicendo*: O DI-
„ LECTE MI, TOTUS MEUS, ET EGO TOTUS TUUS: *inveniebat*
„ *se* RAPTUM, *& positum* IN INFINITO ESSE DEI, *&* ARDEBAT
„ *in illius infinito amore*, SUBMERSUS *in isto* INFINITO DEI IGNE,
„ *ipsamque* ANIMAM INFLAMMABAT *iste infinitus* DEI IGNIS, *ad*
„ *quem extremum pervenit* AMOR, *qui* APPLICATUR, *&* CONFER-
„ TUR ANIMÆ *immissæ*, *seu sepultæ* IN ISTO TAM ARDENTI DEI
„ IGNE. *Quisnam explicare poterit* MAGNITUDINEM *istius* AMORIS?
„ *Solùm scit de illa* GUSTARE *ille qui* IN EO IMMERSUS, *& tamen*
„ NON

Cornelius a Lapide *in Comment. ad hunc loc.* = *Transformamur* (inquit) *non essentialiter*, *quasi essentia nostra transformetur in Essentiam Divinam*, *sive in suum esse ideale*, *quod habuit antequam crearetur*, *in Deo ab æterno* (*hic enim est error Almerici*, *& aliorum Phanaticorum*, *quos refellit Gerson Epistolis duabus*) *sed transformamur accidentaliter*, *ut scilicet*, *quasi per reflexionem radiorum lucis Christi*, *quasi speculi in nos*, *fiamus lucidi luce Fidei*, *& gratiæ. Tertullianus lib.5. contra Marcion. pro transformamur*, *legit transfiguramur*; *quasi alludat Paulus ad Christi transfigurationem in Monte Thabor*, *qua Christus gloriæ luce coruscus*, *eâdem Mosem*, *Eliam*, *& Apostolos aspersit*, *& quasi transfiguravit &c.*

„ NON SCIT ISTUD ENARRARE, *quia* HÆC OMNIA *concernunt pu-*
„ *rum* SPIRITUM MENTALEM, ET INTELLECTUALEM; *juxta*
„ *quem modum anima efficitur* SIMILIS THRONIS, *& per medium cogni-*
„ *tionis Dei, & sui ipsius* ASSIMILATUR CHERUBINIS, *consequendo*
„ *per medium istius exercitii* AMOREM SERAPHICUM *&c.*, *& hoc mo-*
„ *do, ac mediante isto amore*, UNITUR ANIMA AMORE DEI. Egregiè omnia, & ad amussim eorum, quæ expertissimi quique Sancti Viri, & probatissimi Scriptores Mystici tradiderunt.

22 Ulteriùs autem *hunc ipsum* altissimum *unionis gradum*, & cujusdam *veluti transformationis* modum, & *effectum*, pro viribus *explicare* contendens, hæc ibidem addit *cit.* §. 55. *& seq.* ibi „ *Tunc anima* AMAT DEUM, *& illo*
„ FRUITUR, *quia* ABSORPTA, ET SUBMERSA IN DEI AMORE:
„ *Hæc est* ALTA UNIO (ita enim legendum, non *alia unio*, uti per errorem legitur in Summario impresso, nam in Hispanico Originali Dei Famuli ita habetur = *Esta es alta union, y transformacion en Dios*) *&* TRANS-
„ FORMATIO *in Deum*; *& pervenit ad tantum extremum, quod* QUILI-
„ BET DAT ALIO (nota ad evidentiam, quod ad sensum Dei Famuli, hæc *unio*, & *transformatio*, non implicat, nec immiscet *essentiam*, & *propriam existentiam*, quæ adhuc *entitativè* est *realiter* prorsus *distincta*, & *diversa*, & sic porrò nonnisi *per participationem* est, quod *quilibet dat alio*)
„ *totum illud, quod habet, & totum illud quod est, & petit alius; & dum dicit*
„ *anima Deo suo: Dilectus meus mihi, & ego sum tibi; tu totus meus, & ego to-*
„ *tus tuus, segregando* ANIMA *totum* COR SUUM, & VOLUNTATEM
„ *ab omnibus rebus terrenis, & carnalibus, ut totam se constituat, & ponat*
„ *in Deum suum, manendo* SOLA CUM IPSO, *in silentio, & solitudine*
„ AMBORUM *tantùm*; *& quandocumque pervenitur ad istum statum, non*
„ *extat jam aliquis labor ad faciendum quod* VOLUNTAS *velit illud, quod*
„ VULT DEUS, *quantumcumque labor sit amarissimus, propter Dei amo-*
„ *rem; quod provenit, eo quod tantoperè de Deo gustavit, & illum cognoscit,*
„ *propter quod difficilia redduntur sibi faciliora propter magnum amorem, quo*
„ *illum diligit*.

23 Hanc verò *fruitionem* explicat *similitudine mensæ* omnibus exquisitissimis cibis instructæ *pro convivio*; concluditque *ibid.* §. 56. *& seq.* quod = *Hæc su-*
„ *prema mensa* PERFECTIONUM DIVINARUM *est, parata &c. Divi-*
„ *nis cibis, qui quidem cibi habent tam ingentem gustum, & saporem, ut*
„ SAPOR *sit ipsemet* DEUS *&c.*; *Convivium est cœleste*; DEUS *est ille, qui*
„ INVITAT *animam*; *&* CIBUS *est* AMOR, *quem Deus ei dat, in quo*
„ AMORE DAT SEIPSUM *&c.*, *& ipsa* ARDENS AMORE *recipit istud*
„ MUNUS *a Dilecto suo &c.*, *& immittit illum intra cor suum &c.*, *&* IM-
„ MERGIT *se in eum tota* ANIMA, *uti in Dilectum suum, & ipse manet*
„ *totus in ipsa, & ipsa est tota resignata, & constituta in eum; ipsa est tota*
„ *Dilecti sui, & ipse est totus ejusdem animæ* IN VIA AMORIS: *Colloquia*,
„ *quæ* INTER SE *faciunt* (nota rursus certissimam *realem*, & *entitativam* distinctionem *duorum*, licèt actu *mysticè unitorum*) *sunt dulciora melle, &*
„ LOQUUNTUR INVICEM *sine rumore verborum, sed solo* DESIDERIO
„ ARDENTI CORDIS: *Hic* QUIESCIT *Anima*, *&* DELECTATUR;
„ *hic illo* FRUITUR; *hic suum* DILIGIT *Deum*; *hic* CONSOLATUR,
„ *&* EDOCETUR, LAUDATQUE, *&* BENEDICIT *tam ingentem*
„ DOMINUM (nota, quod *anima* se adhuc probè *creaturam* agnoscit, & omni *humillimo obsequio* reveretur, laudat, & colit *Dominum*) *actu cor-*
„ *dis continuato: videt seipsam* FRUENTEM *Dilecto suo, veluti in alia*
„ *regione*, OBLITA OMNIUM RERUM *terræ*, *&* SUI IPSIUS (hoc est nimirum elevari *intellectum*, & spoliari *imaginibus* rerum *creatarum*) *eò*

„ *quòd*

„ *quòd sit* TOTA OCCUPATA IN ACTUALI AMORE DEI PRÆSEN-
„ TIS, *& noti*; *& hoc modo est* MORTIFICATA (hoc est veluti *sibi mor-*
„ *tua*, quia *sui oblita*) *& segregata ab omnibus rebus mundanis*, *&* VIVIT
„ SOLI DEO (quia unicè tunc *Deum sentit*, *& amat*) *& sic* QUODAMMO-
„ DO DEIFICATUR (ita enim legitur in *Originali contextu* Hispanico,
(g) ibi = Y ANSI VIENE EL ALMA A ESTAR ENDIOSADA (g) non autem absolutè *est quasi Dea*, uti malè positum fuit ab Interprete in La-
„ tina versione) = *Et sicuti Anima est benè* EXPERTA *in isto* DEI AMO-
„ RE, *ita consequitur tam* ELEVATUM STATUM *perfectionis* AMORIS
„ *Dei*, *ut* FERE SEMPER DILIGAT DEUM SUUM *actu continuo* AB
„ AMORE CONTINUATO, *habendo semper cor ad Deum suum*: *Ego dor-*
„ *mio*, *& cor meum vigilat*.

24 Ex hoc autem nostri Ven. Dei Famuli *contextu*, ad aliorum Sanctorum, & probatissimorum Mysticorum contextum benè *collato*, & *expenso*, sequitur ad evidentiam, quòd si ejus MODUM PROCEDENDI IN VIA PERFECTIONIS inspiciamus, a *Purgativa* ad *Illuminativam*, & ab hac ad *Unitivam*, cum *exercitiis propriis*, & cuilibet ex hujusmodi *statibus* apprimè *accommodatis*; planum est, quod *methodus* Dei Famuli *tutissima*, ac *tritissima* est, & ipsissima *illustrium* aliorum *Sanctorum*. Si verò SUBSTANTIA inspiciatur *sublimissimorum* EFFECTUUM, ac RERUM ab ipso *narratarum*, & *expertarum* divinitùs *in Oratione*, & *Contemplatione*; planum est, quòd omnia, quantumvis rara, sublimia, & longè excedentia capacitatem, seu statum hominis illiterati, & simplicis Temporalis coadjutoris Soc. Jesu, adhuc tamen *omnia verissima* esse comperiuntur, & *consimilibus* sublimissimis aliarum *Sanctarum animarum* cœlestibus *Donis* magis *illustrium* planè *conformia*, ita ut ex hoc capite, inter *sublimiores Mysticos* ipse quoque jure-

(g) ENDIOSADA, derivativum est, apud Hispanos, a radice, seu verbo ENDIOSAR, quod est = *Deificare* = *fare come un Dio*, teste Franciosino *in suo Vocabular. Hispan.*; Id quod tamen apud Hispanos *non essentialiter* fieri dicitur, nec per unius *essentiæ conversionem*, seu *commutationem* in Essentiam *Divinam*, sed per quamlibet *elevationem*, seu *participationem* alicujus *supernæ qualitatis*, etiam *per accidens insuperadditæ*, ut latiùs, & ex professo de ejusdem vocis natura, & usibus videre est in novissimo magno Dictionario Regiæ Academiæ linguæ Hispanæ *edit. anno* 1732. *tom.* 3. *pag.* 457. ubi
ENDIOSAR = est, ibi = *Elevar al grado dela Divinidad*; Id quod *speciatim* dicitur *de Dei gratia sanctificante*, ut patet ex ipso Theologorum princjpe D. Thoma 1. 2. *quæst.* 112. *art.* 1. *in corp.*, ubi quærens = *An solus Deus sit causa gratiæ?* respondet, ibi = *Dicendum, quod nulla res potest agere ultra suam speciem &c.; donum autem gratiæ excedit omnem facultatem naturæ creatæ, cum nihil aliud sit, quàm quædam* PARTICIPATIO DIVINÆ NATURÆ, *quæ excedit omnem aliam naturam &c., sic enim necesse est, quod solus Deus* DEIFICET, *communicando* CONSORTIUM DIVINÆ NATURÆ *per quandam* SIMILITUDINIS PARTICIPATIONEM; *sicut impossibile est, quod aliquid* IGNIAT, *nisi solus* IGNIS.
Ac proinde, si modestissimè noster Dei Famulus, non alio, quàm *communi*, usitatissimo, & *probatissimo* apud Hispanos vocabulo = ENDIOSADO = usus est. Si hoc de *anima* dixit a Deo *elevata* ad sublimissimum *Donum* specialis *mysticæ unionis* in contemplatione, quod, cum aliis, princeps Theologorum D. Thomas de *anima* dixit etiam *per gratiam ordinariam* sanctificata, & sic DEIFICATA. Si idipsum *nec absolutè* dixit noster Dei Famulus per verbum EST (uti fecit Latinus Interpres) sed per quandam veluti circuitionem = VIENE *el alma* A ESTAR, quæ utique expressio *limitativa*, *modificativa*, & *restrictiva* est, nedùm *quoad existentiam*, sed etiam *quoad modum*, & nonnisi quandam *similitudinis participationem* importat, uti loquitur D. Thomas (neque enim Dei Famulus dixit, quod tunc = *el alma* ESTA' ENDIOSADA, sed unicè, quod = ANSI VIENE *el alma* A ESTAR ENDIOSADA) certissimum est, quod hujusmodi Dei Famuli expressio nec *nova*, aut *insolens* dici, nec ullatenus *culpari* possit, ut patet.

remeritò *accensendus* videatur: Quod si demum, ipse etiam MODUS inspiciatur DECLARANDI, & EXPLICANDI sublimissimos *sensus*, ac *Divinos favores*, & eorum *effectus* in animi *expertos*; etsi hi reverà sint in se, & ex Mysticorum consensu, explicatu difficillimi, & ferè inenarrabiles (& Ven. Dei Famulus *literarum expers*, nonnisi *rudi stylo*, nec continenter omnia, *sed per varia folia*, ac *vario tempore*, adeoque non sine *multis repetitionibus* scribere valuerit) adhuc tamen, quoad *substantialem modum* ipsas res *explicandi*, nedùm ipsissimis aliorum, sed longè etiam *limitatioribus*, ac *modestioribus* terminis, *expressionibus*, ac *similitudinibus* usus fuisse dignoscitur.

25 Neque enim de ipsamet *animæ* sublimissima *cum Deo unione*, ac *transformatione*, seu *deificatione* loquendo, *absolutis* terminis, sed cum addito *modificativo*, ac *diversificativo* locutus est; cum alii cæteroquin *absolutis terminis* absolutè uti non dubitaverint: veluti S. Gregorius Nazianzenus illis verbis = *in Dei* PENITUS TRANSFUNDI *voluntatem* &c. = EFFICIAMUR DII *propter ipsum &c.*, Et S. Macarius, ubi quod = *Deus apprehendit sanctas animas &c.*, FITQUE SPIRITUS UNUS CUM ILLIS, *atque*, *ut ita dicam*, ANIMA EVADIT IN ANIMAM, ET SUBSTANTIA IN SUBSTANTIAM, *quò possit anima* IN NOVITATE VIVERE; Et S. Bernardus, qui talem exprimit animæ cum Deo *complexum*, *ubi idem velle*, *& nolle idem*, UNUM FACIT SPIRITUM DE DUOBUS &c., *uno planè in spiritu duos jungat*, DUOS FACIAT *jam non duos*, SED UNUM, & quod = *sic affici*, DEIFICARI *est*; Et S. Bonaventura, ubi, quod AMOR.... HOMINEM FACIT DEUM &c., *&* ME *fecisti* DIVINUM; *vivo ego*, *jam non ego*; adeoque idem *amor* LUTUM IN DEUM *transfigurat*; & similiter Hugo, & Riccardus a S.Victore *de transformatione*, *& transfiguratione Spiritus*; & Gerson, ubi quod hæc dona ANIMAM *restituunt*, *&* CONVERTUNT *ad congregantis Patris* UNITATEM, *&* DEIFICAM SIMPLICITATEM; deque consimili expressione TRANSFORMATIONIS DEIFICÆ Dionysius Carthusianus, de quo infra *in not. seq.*, & S. Joannes a Cruce, ubi = *Fa che l'anima* SI ASSOMIGLI TOTALMENTE A DIO &c. =, *& anche* SARA' DIO PER PARTICIPAZIONE *&c.* =, DEIFICANDO LA SOSTANZA DELL' ANIMA, *e facendola come Divina*, *nel che* L'ESSERE DI DIO ASSORBISCE L'ANIMA &c. =; & S. Theresia, ubi quod = *rimane lo* SPIRITO *di quest'anima* FATTO UNA COSA CON DIO &c., & alii alia plu-
(*b*) ra similia (*b*): quorum nihil *ita absolutè* dixit noster Ven. Dei Famulus.

26. Et

(*b*) Quæ tamen *omnia* ad unum tandem eundemque *Theologicum* sanissimum *sensum* sunt referenda, quo ipse etiam Theologorum princeps D. Thomas = *dicendo* (1. 2. *quæst.* 112. *art.* 1. *in corp.* ut supra *relat. in praecd. not. litt. g.*) *che la grazia* DEIFICA *l'anima*, *disse il tutto in due parole*, uti benè subsumit Nierembergius *in aureo Opusc. del prezzo e stima della Divina grazia lib.* 1. *cap.* 7., ubi & ipse ad rem subdit, quod = *La grazia solleva una creatura ragionevole ad uno stato divino*, *non solo per opinione*, *ma* IN REALTA', E VERITA', *e per una* REAL QUALITA', *e per altre eccellenti* PROPRIETA', *e* DONI, *che con essa vengono*, *per i quali* LA CREATURA *intrinsecamente si* DEIFICA (in textu Hispanico = *per los quales se* ENDIOSA *intrinsecamente la criatura*) *di maniera che* L'ANIMA *arriva ad avere* PER GRAZIA *ciò*, *che* IDDIO HA PER NATURA, *che è quello*, *che asseri S. Tomaso* 1.2. *quæst.* 110. *art.*2. *ad* 2. = *Id enim quod* SUBSTANTIALITER IN DEO, ACCIDENTALITER FIT IN ANIMA *participante Divinam bonitatem.* Idque porrò est, quod = *dichiarano i Santi con varj esempj*; veluti in specie = *Sant' Atanasio lib. ad Serap. lo spiega con la somiglianza del* LIQUORE PREZIOSO, ET AROMATICO, *che* ATTACCA IL SUO ODORE *a chi si unge con quello*.

CO-

26 Et sic etiam ex pluribus SIMILITUDINIBUS a Mysticis ad id *explicandum*, & ex *tribus* signanter *uno* eodemque *contextu* allatis a S. Gregorio Nazianzeno, S. Bernardo, aliisque a S. Theresia &c., nonnisi unicâ, & modestissima IGNITI FERRI usus est noster Ven. Dei Famulus *eod. Summ. pag.* 153. §. 26. inquiens, quòd = *Se gerit Deus cum anima devota, sicut ignis cum ferro, hoc est, quod sicuti quando ferrum est in igne*, IGNIS COMMUNICATUR FERRO, *& communicatur eidem in tanto gradu, si ignis est ingens, quod ferrum convertitur in ignem*, ET SIC FERRUM EST IGNIS ET FERRUM (nota aptiorem Dei Famuli locutionem, per quam non confunduntur *substantiæ*, sed non obstante unione *ignis*, adhuc FERRUM quoad *substantiam* dicitur FERRUM, licèt simul dicatur aptissimè) ET IGNIS PER COMMUNICATIONEM, NON PER NATURAM. *Simili modo, quando Dominus immittit animam intùs cor suum, quod est totum* IGNIS AMORIS, *inflammat illam in suo amore*; ET MEDIANTE INGENTI AMORE, *qualem ille* COMMUNICAT, *efficitur* (*Anima*) *per communicationem Christi, & ejus gratiæ* UNA DEO (nota rursus cautissimam loquendi rationem, qua non dicitur anima *una Dea*, nec *unus Deus*, sed *substantia* realiter, & entitativè *distincta*, etiam dum est *actu* unita *Deo*) *& remanet* UNITA, *&* TRANSFORMATA IN IPSO; & non *in ipsum*; hoc est enim *uniri*, *transformari*, esse *unum Deo*, & *vivere soli Deo*, nimirum *Deum intelligere*, *& in ejus amore ardenter*, *& unicè* (*i*) *occupari*, uti benè explicat ipse Dei Famulus (*l*): cujus planè cautio in hac ma-

---

COMUNICANDOLI *le medesime* QUALITA' *di soavità, e fragranza &c.* = *Unguentum* FRAGRANTIAM, *&* HALITUM *inunctoris habet, quo cum* INUNCTI *fuerint, &* PARTICIPES *redditi, dicunt de se: Christi bonus odor sumus &c.*

Il medesimo Santo aggiunge un altro esempio del Sigillo, e l'apprese dall'Apostolo San Paolo, quando parlando con quelli che avevano ricevuto la grazia, dice loro, che erano sigillati con lo Spirito Santo: perilchè (dice S. Atanasio) sigillati in questa maniera, ci faremo partecipi della natura Divina: perchè, siccome IL SIGILLO IMPRIME *nella cera tutta* LA SUA FIGURA, *la quale rimanendo in sostanza cera, ritiene tutto quello, che stà nel Sigillo; così ancora una creatura, che riceve la Grazia, rimanendo Creatura, riceve una forma Divina, e si* DEIFICA, *e si fa* VIVA IMAGINE DEL CREATORE (*y se haze* DEIFORME, *y* VIVA IMAGEN DEL CRIADOR) *e figura della sua bontà, e santità* = *Ita porrò consignati, meritò* CONSORTES *efficimur* DIVINÆ NATURÆ.

(*i*) Per hanc porrò IGNITI FERRI similitudinem, & tanquam cæteris *aptiorem* ad explicandam *animæ Deificationem*, videtur Dei Famulus apprimè secutus *Angelicum D. Thomam*, de quo idipsum optimè advertit prælaudatus Nierembergius *cit. cap. 7. num. 2.*, ubi addit, quod = *S. Tomaso, & altri Padri significano questo stesso con un altra similitudine molto a proposito, che è del ferro infuocato: perilchè disse l'Angelico 1. 2. quest. 112. art. 1. in corp.* = *Sic enim necesse est, quod solus Deus* DEIFICET, *communicando consortium Divinæ naturæ per quandam similitudinis participationem; sicut impossibile est, quod aliquid* IGNIAT, *nisi solus* IGNIS.

Certè siquidem = *Con questa similitudine si dichiara molto vivamente questa comunicazione, e participazione della natura Divina, che si fa per la Grazia, e come con essa* L'ANIMA SI TRASFORMA *in un essere, e stato* DIVINO: *perchè, siccome il* FERRO *essendo un metallo terreo, nero, oscuro, brutto, freddo, duro, e senz'attività, posto nel fuoco partecipa per mezzo del calore la natura del fuoco, e si* TRASFORMA IN FUOCO, *perchè sebbene non perde la sua* ESSENZA, *non* MOSTRA *tuttavia altra cosa che* FUOCO; *poichè il fuoco li comunica* LUME, *e* SPLENDORE, *col quale lascia la sua negrezza, & oscurità; e di più li comunica* CALORE, *&* ATTIVITA', *con che perde la sua frigidità, e bruttezza; e di duro che era, divien* PIEGHEVOLE, *ed atto a far di lui ciò, che si vuole: nell'istessa maniera una* CREATURA *&c. con la Grazia si* DEIFICA, *e si fa* DIVINA (*con la gracia se Deifica, o Endiosa*) *partecipando la natura, e proprietà Divina.*

Sc

materia *mysticæ unionis*, ac *transformationis* describenda *talis*, & *tanta* est, ut ipsamet UNIO, & TRANSFORMATIO semper ab ipso PER DUOS INSIMUL exprimatur, uti supra jam vidimus; ubi itidem de ejusmodi ANIMA loquitur IN TALI ETIAM STATU jugiter se *magis* HUMILIANTE, & *per humilitatem annihilante* in conspectu Dei, & DEO vicissim *animam* de eo tunc *magis* EXALTANTE, eique se *magis* COMMUNICANTE, & FRUENDUM PRÆBENTE &c., quod nonnisi de *duobus agentibus* realiter inter se *distinctis* dici, & *intelligi* potest. Ut proinde *hujusmodi* nostri Dei Famuli *mysticæ expressiones* tantò magis ab omni nedùm errore *confusionis* essentiæ *creatæ* cum essentia *Divina*, sed vel ab ipsa erroris *umbra* omninò absint *quàm longissimè*, ut patet; & in reliquis, *a sanissimo* Mysticorum *sensu*, & ab ipsis *Ecclesiæ expressionibus* omnino non discrepent; nam & ipsa, de *participatione Deitatis*, ita canit *in Brev. Rom. ad diem* 1. *Januar. antiphon.* 1. ibi = *O admirabile commercium! Creator generis humani animatum corpus sumens de Virgine nasci dignatus est, & procedens homo sine semine*, LARGITUS EST NOBIS SUAM DEITATEM.

27 „ Ad id autem, quod nonnullis displicuisse addit Animadversio *cit. n.* 20., „ quòd nimirùm, ut supra, addiderit Dei Famulus = *Sicuti anima est benè* „ *experta in isto Dei amore, ita consequitur tam elevatum statum perfectionis* „ *amoris Dei, ut ferè semper diligat Deum suum actu continuo ab amore conti-* „ *nuato*; quasi verò dari possit *actus* amoris ita *continuus*, ut nunquam in- „ terrumpatur, uti eadem ajebat Animadversio. = Responsio patet ex terminis; qui enim ita *continuum* ACTUM explicat, ut explicat Dei Famulus, *aliquid* intelligit AB AMORE CONTINUATUM; cumque certè AMOR non unico *actu physico* entitativè *transeunte*, nec unico *temporis puncto* concludi possit (si *continuatus* dici velit per *seriem temporis*) sed necesse sit, ut MORALITER se habeat per modum *habitus*; manifestè datur intelligi ACTUS CONTINUUS, non physicè, sed MORALITER ab amore CONTINUATUS, hoc est, ad instar *aquæ fluminis*, per *diversas* physicas *guttas* jugiter *decurrentis*. Certissimè, quia ulteriùs omnem ambagem *physicæ intelligentiæ*, & *continuationis*, idem Dei Famulus apertissimè *excludit*, per illud FERE' explicitè superadditum = *ut* (*anima*) FERE' SEMPER *diligat Deum suum*; Si enim non *semper* absolutè, sed *ferè semper*; ergo *non continuo physicè*, sed *moraliter*, seu *per plures actus physicos* sibi interpolatim *succedentes*, & *moraliter continuatos*; in quo nihil penitùs absurdi esse potest, ut nemo non intelligit.

Se questa trasformazione del ferro in fuoco è tanto grande, che ci sarebbe maravigliare, se non fosse cosa ordinaria; e pure il ferro & il fuoco sono alla fine in una medesima classe di corpi materiali, e senza vita: quanto maggiore è la TRASFORMAZIONE, *e* DEIFICAZIONE DELL'ANIMA, *per la Grazia, mentre s' innalza a* PARTECIPARE, *non un altra natura creata, nè di un medesimo grado, & ordine; non una natura angelica, o altra intellettuale comunque sia; ma trascendendo tutte le Creature,* PARTECIPA *la medesima* NATURA DIVINA. *Chi conoscerà la differenza ch'è tra il fuoco e Dio, conoscerà la differenza che è tra un ferro infaocato, ed un* ANIMA FATTA DIVINA, *e per così dire* DEIFICATA (*a un alma* DIVINIZADA *y* ENDIOSADA) *per la grazia che ha ricevuto, dalla quale vien vestita di mirabili, e* DIVINE PROPRIETA'.

Ideoque, quid hac in re experti Viri demùm concludant, audiamus = *Disinganni la ragione il senso, disinganni la Fede la natura; e bilanciamo bene, che vuol dire essere un* ANIMA DEIFICATA (*que es estar un alma* ENDIOSADA) *che vuol dire aver questa* DIVINA QUALITA' *della Grazia, e con altri* SOVRANI DONI *partecipando le* PROPRIETA' DIVINE *&c. Consideri dunque l'anima &c., e stimi quell'*ESSERE INFINITO, *che partecipa: stimi, ami, & onori* DIO, *in cui ha sì gran parte, e* NELLA CUI IMAGINE SI TRASFORMA.

28 Cum præsertim idipsum centies, ac millies idem Dei Famulus, & *practicè* in suis *operibus*, & quotidianis *exercitiis spiritualibus* expresserit, cum *nova oratione* identidem *interpolatis*, & *resumptis*, pro domesticorum *munerum opportunitate*, ut *in prævio nostro Elencho heroicor. actuum per tot.*, tum per *explicitos*, ac *varios* nunc amoris *actus*, nunc *resignationis* in Deum, nunc *humilitatis*, & *mortificationis*, nunc ardentissimi *desiderii* multa *operandi*, ac *patiendi* pro Deo, & id genus *alia sexcenta similia*, ab ipso subinde in eadem scripta Conscientiæ relatione luculenter expressa, ut ibi *pag.* 161. *& seq.* §. 79. 80. 81., *& pag.* 188. §. 182. *& seq.*, *& pag.* 209. §. 293., *& pag.* 244. §. 503., & alibi passim *in ead. Relation. per tot.* Ut nequaquam proindè Dei Famulus ita *continuum* amoris *actum* intellexerit *semper subsistentem*, ut nec humanis passionibus, nec aliis necessitatibus *interrumpatur*, & necesse non sit *eum* ampliùs *renovare*, juxtà reprobata principia Quietistarum; sed quod *anima benè experta in isto* DEI AMORE (qui ab *habitu*, a *facilitate*, a *propensione*, quam illius *cor* habebat *diligendi Deum suum*, benè dicitur *continuatus*, hoc est, *habenda semper cor ad Deum suum: ego dormio, & cor meum vigilat*, ut ipse benè se explicat in contextu, hinc) *continuos*, hoc est *ferè semper* eliciat *amoris actus*, quos illi *suggerit*, & inspirat *sanctus amor*, *quo tota possidetur*, uti graphicè itidem concludit doctissimus Animadversor *cit. num.* 24., & optimè tradunt Dionysius Carthusianus *de Font. luc. cap.* 25., Thomas a Jesu *lib.* 4. *Oration. infus. cap.* 17. §. 3., S. Franciscus Salesius *in aureo Oper. de amore Dei lib.* 9. *cap.* 8., & Illustrissimus Bossuetius Meldensis Episcopes *in Instruct. super statib. Oration. lib.* 6. *num.* 49., & ad rem est etiam Bulla Canonizationis S. Rosæ Limanæ apud bo: me: Fontaninum *in Codic. Canonization. Constit.* 92. *pag.* 409.
(k) *in fin. & seq.* (k) Quamquam & alio modo *continuus amor* optimè intelligi potest, per *relationem* nimirùm *aliarum* etiam omnium *actionum*, & opera-

---

(k) Thomæ a Jesu verba sunt *cit. lib.* 4. *Oration. infus. cap.* 17. §. 3. ibi = *Iste ardentissimus amor, transacta illa fruitiva unione*, QUASI PER MODUM HABITUS *voluntati a Deo* CONCEDITUR; *manet enim in anima omnino radicatus, neque sicut ille prior citò pertransit, sed continuò potius, ac perenniter a voluntate Divini amoris incendio ignita profluit, qui animam in hoc statu ad Divinæ voluntatis nutum facilè applicat, & accommodat*.

Idque est, quod de S. Rosa Limana habetur in Bulla ejus Canonizationis apud Fontanin. *in cit. Cod. pag.* 409. *in fin. & seq.* ibi = *Anno ætatis suæ duodecimo elevata fuit ad sublimem illum contemplandi gradum, quem Mystica Theologia* UNITIVUM *appellat: inter manuales labores, intellectus aciem* IMMOBILITER *in Deum figebat, itaut nec in vigilia, nec in somno, mentis ejus oculo, cælestis Sponsi elaberetur præsentia; quæ ita suaviter occupabat interiores animæ illius vires, ut loquendo cum ipso Deo intùs, simul etiam alia quæque necessaria expeditè forìs pertractaret &c.*

Nempe optimè Dionysius Carthusianus *in tract. de Font. luc. cap.* 25. ubi = *Insunt* (inquit) *cordi interna munditia, & charitas Dei pura, & fortis, fixa, & fervida, sicque ad omne bonum, &* ILLUMINATIONES *altissimas, ad* FREQUENTES, *&* CONTINUAS *inflammationes æstuantissimas, ad transformationem Deificam &c., imò ad vitam Angelis proximam est anima tunc disposita, statque veluti in contactu continuo Solis Æterni &c., ut exuberantissimè, &* INDESINENTER *illustretur, calefiat, penetretur, impleatur, ac inundetur ab illo; & instar speculi tersi &c. substrata atque applicata est superlucidissimo Soli immenso: Idcircò* NON CESSAT *Sol ille liberalissimus* STILLICIDIA GRATIÆ *&c. in illam diffundere*.

De S. Francisco Salesio videre est in ejus aureo Tractatu *de amore Dei lib.* 9. *cap.* 8., quem hic exscribere non est necesse, quia ipsum laudat, & refert doctissimus Bossuetius Meldensis Episcopus *in sua Instruct. super statib. Orationis lib.* 6. *num.* 49. ibi = *l'Apostolo (dice il Santo) ha un* DOLOR CONTINUO *per la perdita degli Ebrei; ma questo è, come noi diciamo, di benedir Dio* IN OGNI TEMPO; *perchè questo dire, altro non significa, se non che lo benediciamo* MOLTO SOVENTE, *ed in* OGNI OCCASIONE.

rationum *in Deum*; quo sensu benè *Deum* in hac vita *toto corde*, *tota mente*, atque *anima* diligi ait S. Augustinus *de Doctr. Christ. cap.* 22., ubi sic = *Diliges* (ait) *Dominum Deum tuum ex toto corde*, *ex tota anima*, *& tota mente*, *ut omnes cogitationes tuas*, *& omnem vitam*, *& omnem intellectum in illum conferas*, *à quo habes ea ipsa*, *quæ confers*. *Cum autem ait toto corde*, *tota anima*, *tota mente*, *nullam vitæ nostræ partem reliquit*, *quæ vacare debeat*, *& quasi locum dare*, *ut alia re velit frui*; *sed quidquid aliud diligendum venerit in animum*, *illuc rapiatur*, *quò totius dilectionis impetus currit*.

§. III.

Ad novissimas Animadversiones *num.* 25. *ad* 28. Responsio.

29 „ TERTIO LOCO est altera Propositio Dei Famuli, de qua *in noviss. Animadvers. num.* 25. *ad* 28. Ex quò enim Ven. Alphonsus dixerit in eadem „ Redditione rationis *pag.* 159. = *Si quærimus*, *in quo genere objecti fruatur anima Deo*, *quando directè respicit illum in oratione*, *respondetur*, *quòd objectum est ignorantia infinita Dei &c.*, *hanc ignorantiam vocant Contemplativi nebulam*; hinc non benè alicui ex Reverendissimis Suffragantibus datum „ fuisse intelligere, ait Animadversio *cit. num.* 25., quomodo infinita igno„ rantia Dei possit esse objectum, quo anima fruitur in oratione, hoc est in „ illo actu, qui tendit ad contemplationem Divinæ veritatis.

30 Verùm, quia ad dilucidandum *verissimum*, ac sanissimum *sensum Dei Famuli*, multa ipsemet doctissimus Animadversor ibidem attulit *num.* 26. 27. *&* 28., & ad plura sapientissimos Patres remisit a nobis in Responsionibus adducenda; hinc uno verbo dicimus, quod *modus* explicandi *mysticam unionem fruitivam* a Dei Famulo adhibitus *in utroque contextu* in Animadversionibus allegato, ubi ait, quòd *ejus objectum sit ignorantia infinita Dei*, & quòd = *quantò minus comprehendit Deum*, *& magis ignorat*, *tantò magis gustat*, *& magis dulcem invenit anima ipsa*; nedùm hic *sensus* ab omni errore est immunis, sed *iis* planè *consonus*, quæ SS. Patres, aliique omnes expertissimi, ac probatissimi Mystici tradiderunt. Compertum siquidem, exploratumque est, *per duas* veluti *vias* in hac vita mortali *animam* tendere *ad contemplationem*, & ascendere *ad Deum*; quarum una veluti *Positiva*, seu *AFFIRMATIVA*, altera verò *NEGATIVA* dici potest. Prima est, quæ *positivè* considerans *perfectiones* quarumlibet *creaturarum*, eas, & iis etiam *majores*, seclusis tamen imperfectionibus, *de Deo affirmat*: Secunda est, quæ *omne* quod reperit in creaturis, vel *in mentem creatam venire* potest, *de Deo negat*, proceditque asserendo *Deum excedere in infinitum*, quidquid unquam potest *mens creata* cognoscere. Optimè siquidem Augustinus *lib.* 5. *de Trinit. cap.* 5. = *Intelligamus Deum* (inquit) *si possumus*, *sine qualitate bonum*, *sine quantitate magnum*, *sine intelligentia creatorem*, *sine situ præsentem*, *sine ambitu omnia continentem*, *sine loco ubique totum*, *sine tempore sempiternum*, *sine ulla sui mutatione omnia facientem &c.*

31 Cumque porrò, quoad sumus in via, magis nobis manifestetur *quid non est* Deus, quàm *quid est*; hinc major etiam Contemplationis *negativæ*, quàm *affirmativæ* perfectio esse intelligitur: quia hæc Deum attingit *per speculum creaturarum*, *& per ænigmata similitudinum*; illa verò *per creaturarum*, *quæ sensum movent*, *imaginum remotionem*, *Divina mysteria per se nuda*, *& puro oculo fidei intuetur*, uti ad rem Dionysius advertit *in lib. de Mystic. Theolog. cap.* 5., & hoc est, quod in contemplatione infusa *negativa*, dum anima elevata, & *omnibus imaginibus* spoliata, *Dei* sibi præsentis *radio illustratur*, Divinam *nebulam* ingredi dicitur, seu *caliginem*, quæ est ipsamet ex-

excessiva lux Divina inaccessibilis; nam eodem S. Dionysio monente *in Epist. 5. ad Doroth.* = *Dicitur Divina caligo, quia est inaccessibile lumen, in quo habitare dicitur, invisibilis quidem existens propter excedentem claritatem, & inaccessibilis propter excessum supersubstantialis luminis effusionis*: eo pari modo, quod *oculo* accidit *Solarem sphæram* fixè *intuenti*, eòque magis ipsam *Solarem sphæram ingredienti* contingeret; quò enim *propiùs*, & *clariùs* lucidiorem *substantiam attingeret*, eò magis *coruscantibus radiis reverberatus*, minùs videret, etsi probè *visibilem* magis *agnosceret*; & exemplum habemus in Evangelio *ap. Matth. cap.* 17., quod dum Christus Dominus Apostolis in Monte Thabor *in nube lucida* superna *gloria repletus* apparuit, adhuc tamen hæc ipsa = NUBES LUCIDA OBUMBRAVIT EOS; & hæc vicissim *obumbratio* eos tali *luce perfudit*, ut exclamare coegerit = *Domine, bonum est, nos hic esse*; *si vis, faciamus hic tria Tabernacula &c.* Nec absimile est, quod habetur *lib. 2. Paralip. cap. 5.*, ubi = *Non poterant Sacerdotes ministrare propter caliginem, compleverat enim gloria Domini domum*.

32 Itaque *Divina Majestas* (quantum fas est homini Viatori) in *fulgore lucis* intellectui *tantisper* ostensa, *caligo*, & *nubes*, sed ea tamen *lucida*, & *lucidissima* est; quæque *incognito*, & *arcano modo*, id mirabiliter simul dat *intelligere*, quàm immensa, & *incomprehensibilis sit* ejus *sublimitas*, ex hoc ipso, *quod perfectè attingi, & comprehendi non potest*. Et hæc sapientissi-

(l) ma IGNORANTIA est (l) quæ simul tamen *experimentaliter*, & apertiùs quàm anteà, *claritatem* sentit, & percipit *incomprehensibilitatem*, ut idem Dionysius admonet *præcit. Epist. 5.*, ubi *Divina caligo est lux* (inquit) *ad quam aditus non patet &c.*, *nec adiri potest, propter singularem Divini luminis effusionem: in hac versatur omnis, qui Deum nosse & videre meretur, hoc ipso quod non cernit neque cognoscit, verè in eo, quod aspectum & cognitionem superat, versans, atque hoc ipsum noscens, quod est super omnia & quæ sensu percipiuntur, & quæ ratione intelliguntur*; prout in terminis ipsa

(l) Idque reverà, nedùm quoad *substantiam*, sed etiam quoad terminos *ignorantiæ*, optimè exprimi, ipse etiam post alios admonet Cardinalis Bona *in cit. via Compendii ad Deum cap. 10. sub num. 2.*, ubi = *Approbant* (inquit) *hanc duplicem viam Deum contemplandi* (*affirmativam, & negativam*) *plerique veterum, Dionysius, Basilius Magnus, Joannes Cyparissiota, Augustinus, Bonaventura, & alii relati a Sandæo lib. cit. comment. 11., & Scholastici in 1. part. quæst. 13. docentes, alia nomina dici de Deo negativè, alia affirmativè. Cum enim Deus sit infinitus, illi attribuimus quidquid perfectionis reperitur in creaturis; sed quia creatis perfectionibus aliqua semper adhæret imperfectio, hanc removentes, in Dei notitiam* PER NEGATIONES *assurgimus &c.*; *& hoc est Deum* PER NESCIENTIAM *scire, ut Sanctus Maximus observat*; *quod* EST PROPRIUM MYSTICÆ THEOLOGIÆ.

Qua de re optimè etiam Jacobus Alvarez *cit. tom. 3. lib. 5. de Vita Spiritual. part. 1. apparat. 3. cap. 3. & 7., & part. 3. cap. 13. per tot.*, ubi, inter alia, = *Dicitur Deus* (inquit) *habitare in nebula, in tenebris, & in caligine* (*3. Reg. 8. 12.* = *2. Paralipom. 6. 1.* = *Psal. 17. v. 10. 12.* = *Psalm. 96. v. 2.* = *Isaiæ 45. 15.*) *quoniam nobis pusillis, & ignorantissimis est* INACCESSIBILIS. *Id verò manifestè exposuit Paulus dicens* = LUCEM *inhabitat* INACCESSIBILEM *&c. Hæc porrò inaccessibilitas Dei præcipuè elucet in nominibus illis negativis, de quibus supra egimus, quibus non quid Deus sit, sed quid non sit, explicamus; unde & vocamus eum incorporeum, incompositum, infinitum, immensum, immutabilem, invisibilem,* INCOMPREHENSIBILEM, *ineffabilem, & aliis similibus vocibus, quæ nihil in eo videntur ponere, sed omnia nobis comperta subtrahere. Est ergo visio intellectualis Dei in caligine, cognitio illa, qua transcursis omnibus creaturis, & relictis omnibus similitudinibus &c., in* DEUM, *ut* INCOMPREHENSIBILEM, *& nobis* INCOGITABILEM, *&* ININTELLIGIBILEM *ferimur, & eo quasi pelago infinitæ essentiæ, quam* IGNORAMUS, *penitùs absorbemur &c.*; *ea* (*visione*) *inspicitur Deus, ut id quod non est; & tamen maximè cognoscitur, secundùm id, quod est*.

ipsa etiam optimè *experta* S. Theresia, interroganti quomodo *intellectus* in hujusmodi *unionis* gradu *se haberet*, in hæc verba respondit *in Vit. sua cap.* 18. = *Come non può comprendere quello che intende*, *& non intendere intendendo* =; Quia nimirùm, uti bene ad rem ait S. Bonaventura *in stimul. amoris part.* 1. *cap.* 7. = *Tunc anima super se elevata*, *Divinam caliginem intrat*; *tunc clamat*, *& dicit* = *Et nox illuminatio mea in deliciis meis*; & rursus *in opusc. de sept. itinerib. itin.* 3. *distinct.* 4. *art.* 4., ubi = *Verus contemplator est* (inquit) *si sursum tractus est super omnia intelligibilia in caliginem ignorantiæ*: *& hic gradus contemplationis est*, *de quo loquitur Dionysius dicens*: *adhuc restat principalior Dei cognitio*, *quæ figuratur in eo*, *quod Moyses separatur ab his*, *qui locum Dei secum viderant*, *& subtrahitur illi visio*, *& intrat in caliginem ignorantiæ*, *& unitur incomprehensibilitati Divinæ*, *quam non penetrat intelligentia*; *quæ verè est omnium clarissima*, *& in se claudit*, *& secretissimè celat omnes cogitationes comprehensivas*, *tanquam in causa prima omnium*.

33 Utrumque porrò *Divinæ contemplationis* genus *affirmativum*, & *negativum*, ipse etiam noster Ven. Dei Famulus apprimè *cognovit*, & in se ipso felicissimè *experiri* promeruit: veluti *de positivo*, seu *affirmativo*, alibi supra (m) jam vidimus, & passim liquet ex ipsa ejus Conscientiæ Relatione *per tot.* (m) De *negativo* autem *contemplationis genere* insignis locus est, de quo nunc agimus, in eadem Relatione *cit. Summ. num.* 30. *pag.* 159. §. 68. *& seq.*, ubi adamussim *omnes* verissimæ hujus, & *altissimæ* Divinæ contemplationis *characteres* exponit, inquiens in contextu, ibi = *Gerit se anima isto modo cum Deo* (nempe, ut præmiserat, *ad instar pueri lactantis*, *& inter brachia genitricis* dulcissimè *quiescentis*) *quando est submersa*, *& imbuta in esse infinito Dei*, *prout eveniebat huic Personæ*: *ibi enim projiciebat a se hinc inde Anima quæ poterant illi evenire*, *quando contemplabatur Deum suum*; *nam cuncta*, *quæ illi eveniebant*, *eique occurrebant*, *& occurrunt*, *quantumcumque elevata appareant*, *proiicit*, *& expellit a se*, *nam quidquid est compre-*

(m) De Ven. Dei Famuli *contemplationis genere* positivo, seu *affirmativo*, per considerationem nimirum *omnium* creatarum *perfectionum*, perque *elevationem*, seu ascensum *ab his in Deum*, tanquam *omnium perfectionum exmulum* defæcatissimnm, & *perfectissimum*, partim vidimus in ejus contextu jam supra relato *à num.* 19., & passim similiter ab ipso traditum videre est in eadem suæ Conscientiæ relatione *citat. Summ. num.* 30. *per tot.*

Ubi signanter *a pag.* 180. *& seqq. a* §. 152. *& seqq.* earundem *perfectionum* summa quædam veluti *quinque capita* enumerat, & exponit, in hæc verba, ibi = *Hæc Divina lux*, *& tam clara cognitio*, *fuit lux*, *& cognitio quinque perfectionum Dei*, *ad hoc ut illis mediantibus devenires anima ad cognitionem sui ipsius*: *una perfectio fuit cognitionis esse infiniti Dei*; *secunda altissima cognitio suæ infinitæ Bonitatis*: *tertia cognitio suæ infinitæ potestatis*; *quarta cognitio suæ infinitæ sapientiæ*; *quinta cognitio suorum infinitorum Thesaurorum*, *ad hoc ut tribuat Deo suo omnia bona &c.*; qnas deinde Perfectiones singillatim exponendo profeqnitur *ibid. a pag.* 180. *ad* 183. §. 153. *ad* 159.

Et in declaratione *quintæ Perfectionis*, inter alia, considerat §. 157. = *Qualiter Deus est Dominus infinitarum perfectionum*, *thesaurorum*, *& divitiarum*, *& quod omnia*, *quæ extant in Cælo*, *& in Terra*, *sunt sua*; *propter quod devenit ad claram cognitionem*, *quod Deus est Thesaurus infinitus*, *in quo consistunt omnia bona &c.*, & §. 158. = *Per medium hujus tam supremi*, *& fulgentis luminis*, *quod Deus dat animæ in oratione &c.*, *communicat ipsemet Deus hanc lucem animæ per semetipsum &c.*, *ideoque anima per medium hujus divini luminis cognitionis Dei*, *& sui ipsius &c.*, *& ad instar quoque hujus cognitionis*, *crescit in ea Dei amor*, *& modica æstimatio*, *seu reputatio sui ipsius &c.*, *altissima est ista cognitio &c.*, *per cujus medium ei docet ipsemet Deus viam*, *per quam tendere debet*, *ut Dei amorem*, *& humilitatem cordis consequi valeat &c.* Et alibi passim similia, & egregia.

prehensibile, *non est Deus*; *Deus enim comprehendi non potest*, *nisi a semetipso*. Ecce tibi absolutissimam *nudationem intellectus* ab omnibus *imaginibus*, & phantasmatibus *rerum* quarumlibet *creatarum*, & animæ quandam veluti *dispositionem* ad contemplationem *negativam* infusam, ac *Dei* visionem *in caligine*, seu *per ignorantiam*.

34 *Ideoque* (uti bene prosequitur in contextu) *benè potest crescere anima in cognitione Dei*, *& ex cognitione in amorem ipsius Dei*; *& tunc magis clarè cognoscet*, *quàm incomprehensibilis sit Deus*, *illo magis fruendo*, *prout fruitur quando habet majorem Dei cognitionem* (quod idem est, ac dicere, quod *nunquam* ipsius anima *magis Deo fruebatur*, & *fruendo* Deum magis *sentiebat*, cognoscebatque *quàm esset incomprehensibilis*, quàm *cum ad hanc* contemplationem *negativam* per viam *ignorantiæ* elevabatur; ideoque subdit) *Si enim quærimus* IN QUO GENERE OBJECTI FRUATUR ANIMA DEO (nota *verissimum*, & ad rem, de qua agitur, aptissimum *loquendi modum*, non dixit *in quo genere objecti intellectus cognoscat Deum*, sed dixit *in quo genere objecti* ANIMA, adeoque non solùm intellectus, sed & multò magis Voluntas FRUATUR *Deo*) *quando* DIRECTE' *respicit* ILLUM *in oratione* (hoc est *absque ullis creatis imaginibus*, sed in *pura ejus luce*, adeoque *in caligine*) *respondetur*, *quod* OBJECTUM *est* IGNORANTIA INFINITA DEI (hoc est magis clara *notio practica*, seu *experimentalis* de *infinita Dei* INCOMPREHENSIBILITATE, nam continuò sequitur *in contextu*, ibi) *quæ attento quod est* IGNORANTIA SINE TERMINO, *evacuat*, *&* PROJICIT A SE, *pro omnibus partibus supremis*, *& inferioribus*, *& collateralibus*, *& pro uno*, *& utroque latere*, QUIDQUID *sibi* OCCURRIT, *& occurrere potest*, QUOD NON SIT DEUS IMAGINABILIS, *& quidquid sibi occurrit*, *& occurrere potest* QUOD NON SIT DEUS, *sibi suadendo*, *quod quidquid sibi occurrit*, QUOD IMAGINATIVA IMAGINARE *possit*, *&* INTELLIGENTIA COMPREHENDERE, *non est* DEUS; *ideoque remanet* MENS *nostra omnino* SPOLIATA OMNIBUS CREATURIS, *& tota induta infinitá* IGNORANTIA DEI, *quæ cum sit* INFINITA, *privat animam* OMNI, *& quacumque* (*n*) COMPREHENSIONE (*n*).

35 Unde cohærenter subdit, quod = *Hanc* IGNORANTIAM *vocant Contemplativi* NEBULAM, *super quam* ASCENDIT ANIMA ELEVATA, *& portata* RADIIS DIVINÆ IGNORANTIÆ (nota rursus aptissimam exprimendi rationem *de radiis Divinæ ignorantiæ*, hoc est *lucis incomprehensibilis*, nam expressè subdit) NON UT COMPREHENDAT, *sed ut* COGNOSCAT *quòd* DEUS EST SUAVIS; *ideoque* COGNOSCIT PER GUSTUM (notentur utique magistralia *verba*, signentur *ænigmata*, utique *verissima*, & *sublimissima*) *illud*, QUOD NON COMPREHENDIT PER INTELLIGENTIAM; *& quantò* MINUS COMPREHENDIT DEUM

(*n*) Ad rem optimè Jacobus Alvarez *cit. lib. 5. de Vit. spiritual. part. 1. cap. 7.* = *In hac* (inquit) *Ignoratione omnium Creaturarum cognoscimus Deum*, *& sub hac caligine cum adoramus & colimus*, *de quo scriptum est lib. 3. Reg. cap. 8. ver. 12.*: *Dominus dixit*, *ut habitaret in nebula*; *& quia Exod. cap. 24. vers. 16. Vocavit Dominus Moysem de medio caliginis*. *Hunc quoque cognoscendi modum subindicat Job cum ait cap. 4. vers. 10.* = *Stetit quidam*, *cujus non agnoscebam vultum*, *imago coram oculis meis*. *Nom quid est*, *Deum coram nobis stare*, *nisi se nobis præsentissimum exhibere? Et quid est*, *ejus vultum non agnosci*, *nisi quasi sub quadam caligine majestatem ejus intueri? &c. Tunc ergo verum est*, *quod de Deo cognoscimus*, *cum plenè nos aliquid de illo cognoscere non posse sentimus &c. Deum hac ratione cognoscere*, *quasi nihil cognoscere est*, *quia omne creatum abjicimus*, *ut* IGNOTE (*quemadmodum dixit Dionysius*) IPSI FONTI OMNIS SUBSTANTIÆ, *& pulchritudinis*, PER AMOREM *copulemur*.

DEUM, *& magis* IGNORAT, *magis* DULCEM ILLUM *invenit anima ipsa &c.* Neque sic tamen *Deum* reverà *ignorat*; nam ut verissimè subdit = *Anima imbuta Deo*, IN ILLO INFINITO ABYSSU ESSE INCREATI *Dei* FRUITUR, *&* VIDET, *atque* COGNOSCIT DEUM SUUM, *per omnes partes*, PER MEDIUM ILLIUS INGENTIS LUMINIS, *quod Deus illi communicat*, UT ILLO MEDIANTE, DEUM COGNOSCAT, ET EO FRUATUR; *& dato, quod illo* FRUATUR, *nihilominus illum* NON COMPREHENDIT, *quia Deus per se solùm comprehenditur*: *& quando anima* PROJICIT A SE OMNIA COMPREHENSIBILIA, *tunc remanet* CUM DEO INCOMPREHENSIBILI (nota clarissimam, ex toto contextu, explicationem *infinitæ ignorantiæ*, & *in quo genere* OBJECTI FRUATUR ANIMA *Deo, quando* DIRECTE *respicit illum in oratione*, de qua supra; nempe, ut hic, DEO INCOMPREHENSIBILI, nam subdit) TUNC ANIMA FRUITUR DEO, SOLA CUM SOLO, *& cum* MAGNO LUMINE, *&* GAUDIO GUSTAT DE EO, *eò quod inter ipsum, & Deum nihil aliud extet, nisi* SOLUS IPSE DEUS.

36 Ex hoc itaque *integro contextu* patet apertissimè, quod *de objecto* hujusmet *negativæ contemplationis infusæ* quærens Dei Famulus; quod pertinet AD INTELLECTUM, verissimè, & aptissimè respondet, *quòd* OBJECTUM *est* IGNORANTIA INFINITA DEI; idipsum est enim, non posse *intellectum* conspicere DEUM *sub ratione* INCOMPREHENSIBILITATIS, quod est, *Deum* QUID SIT *non intelligere*, eundemque *verissimè*, ac sapientissimè IGNORARE, dum tamen simul & semel *magis gustat* Voluntas, & FRUITUR DEO INCOMPREHENSIBILI. Unde benè S. Augustinus *in illud Psalmi 85.* = *non est similis tibi* = *Quid est hoc?* (inquit) *solùm potui dicere, quid non sit: quæris, quid sit? quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit.* 1. *Cor.* 2. 9., *Quid quæris, ut ascendat in linguam, quod in cor non ascendit?* Et S. Dionysius Areopagita *de divin. nominib. cap.* 7., ubi = *Est iterùm* (ait) *Divinissima cognitio Dei, in qua ipse cognoscitur per ignorantiam, quando scilicet mens ab omnibus intellectualibus, & intelligibilibus recedens, & tandem seipsam excedens, unitur radiis æternæ Sapientiæ inscrutubilis profunditatis*. At quia *voluntas* per *magis intimam*, & *experimentalem* de Deo *notitiam*, ut *incomprehensibili bono*, tantòque *magis delectabili*, ardentiori *amore* ei *conjungitur*; hinc tantò magis ex hoc ipso *incomprehensibili amoris fonte*, Deum simul *cognoscit*, & Divinæ *suavitatis fluenta degustat*, uti benè prosequitur idem Auctor *in Mystic. Theolog. cap.* 1., ubi = *Principalior* (inquit) *Dei cognitio, qua mens intrat in caliginem ignorantiæ, & unitur incomprehensibilitati Divinæ, quam non penetrat intelligentia &c., per eam omnis unicus Deo (qui est super omnia) constituitur in excellentia, quam neque ratio investigat, nec intellectus speculatur; & ab omnibus, & quasi a se ipso segregatur; & per unionem dilectionis, quæ effectiva est veræ cognitionis, unitur Deo intellectualiter ignoto, cognitione multò meliori, quàm sit cognitio intellectualis, in eo quod intellectualem cognitionem derelinquit, & super intellectum, & mentem Deum cognoscit*.

37 Et consonat (ipse etiam multorum opinione, *Vir Divinus* appellatus) Joannes Rusbrochius *de gradib. amoris cap.* 14., ubi = *Septimus* (inquit) *gradus amoris est, quando supra omnem cognitionem, & scientiam*, INFINITUM, *sive ABYSSALE QUODDAM NESCIRE in nobis sentimus, ac deprehendimus; quando supra appellationes, vel nomina omnia, quæ tum Deo, tum Creaturis tribuimus, emorimur; atque transcendimus, sive excedimus IN ÆTERNUM QUODDAM omnis nominis expers, & INNOMINABILE, in eodem ipso nos amittentes &c., & in supersubstantiali essen-*

sentia &c. Quo loco Alvarez de Paz *cit. cap.* 13. = *In hunc modum* (inquit) *contemplator hic visionem Dei in caligine manifestat, & eam gradum amoris vocat; quoniam anima in ea magis amore extenditur, quàm cognitione ad loquendum eruditur &c., visio enim, seu contemplatio hæc, est visio immensæ lucis oculos mentis reverberantis &c., sic autem manens, Deum quidem clarè non videt, sed ad nescio quid immensum, & incomprehensibile (& ipse Deus est) quod sibi objicitur, obstupescit &c., & ibi se illi Deo ignoto, & caligine operto, non tam inquisitione, quàm purissimo, & ardentissimo affectu conjungit*. Et Dionysius Carthusianus *in lib. Exod. art.* 42., ubi = *Cum itaque (anima) æstuantissimæ charitatis ardore succensa Deo ita conjungitur &c., per sapientiam luminosam, flammigeram, unitivam, dicitur intrare caliginem, instarque Moysis ab omnibus separari: unitur Deo tanquam ignoto; & tamen hoc ipsum sic intueri, est clarissimè & suavissimè contemplari, speciesque altissimæ contemplationis huic vitæ possibilis*. Id quod ipsa etiam optimè, inter alios Contemplativos, experta docuit B. Angela de
(o) Fulgineo, & S. Gregorius Papa *lib.* 4. *comment. in* 1. *Reg. cap.* 20. (o)

38 Ut ex his omnibus proindè pateat ad evidentiam, non potuisse meliùs nostrum etiam Ven. Dei Famulum, quàm per terminos *infinitæ ignorantiæ*, & *incomprehensibilitatis*, lucidissimæ *hujus Contemplationis caliginem* explicare; & nedùm nihil *alienum* a sanissima aliorum *Mysticorum doctrina* dixisse, ut imò potiùs *easdem res* sublimissimas per *ipsissimos*, aut etiam *clariores terminos*, pro viribus explicaverit; & ipse, ex hoc etiam capite, inter sublimiores *Mysticos* accenseri posse videatur.

§.IV.

(o) B. Angelæ de Fulgineo *in Vit. sua cap.*25. verba sunt, ibi = *Post istud vidi Deum in tenebra una, & ideo in tenebra, quia est majus bonum, quàm possit excogitari, aut intelligi, & omne quod potest cogitari, vel intelligi, non attingit ad illud; & tunc data fuit animæ fides certissima, una spes secura & firmissima, una securitas de Deo continua &c.; frequenter igitur video Deum illo modo, & in illo bono, quod narrari exteriùs non potest, nec etiam cogitari corde &c.; Nec anima mea in videndo potest cogitare de discessu illius boni, vel de discessu ab illo bono, sed delectatur ineffabiliter in illo omni bono; & nihil videt omnino anima, quod narrari possit ore, nec etiam concipi corde, & nihil videt, & videt omnia; & quia illud bonum est cum tenebra, ideo certissimum, & magis superans omnia, quantò magis videtur in tenebra, & est serenissimum.*

Verba S. Gregorii Papæ sunt, ibi = *Quidquid de Omnipotenti Deo humana mens potest cogitare, Deus non est: sed cum cogitando cuncta transcendit, dum quidquid potest intimæ lucis, quidquid internæ suavitatis, & dulcedinis, quidquid spiritualis delectationis sibi fingere, minus illâ esse creditur, ad quandam lucem tandem pervenit, quæ non est Deus, sed quam inhabitat Deus. Et quia tunc electi anima mirabiliter inflammatur, mirabiliter reficitur, ineffabiliter delectatione fruitur, cogitare compellitur, quàm ineffabilis lux, dulcedo, & delectatio sit, quæ Ipse sit, si tam immensa lux est illa, quam inhabitat, & non est Ipse.*

Idque exemplo Moysis ulteriùs explicans, addit = *Ad Dominum quippe in Bethel Moyses ascenderat, quando eum eo in Monte loquebatur: sed qui ad lucem pervenerat, quam inhabitat Deus, lucem quæ ipse Deus erat, quærebat, dicens = Ostende mihi faciem tuam: de quo etiam scriptum est, quia loquebatur Moysi Dominus facie ad faciem. Quid est, quod facie ad faciem Moyses cum Domino loquitur, & tamen Dominum obsecrat, ut faciem suam Dominus ostendat? Sed facies Dei, cognitio ejus est; cognoscitur autem Deus per speculum hic, per semetipsum in Cælo: Speculum verò est illa lux, quam inhabitat Deus; ipse autem lux illa, quæ Ipse est. Moyses igitur, qui facie ad faciem Deum videre dicitur, & ejus faciem ad videndum postulare, quid rectiùs designat, quàm perfectionem electorum, qui jam speculum illius summæ lucis intuentur, sed tamen ad ipsam lucis veritatem pertingere vehementer cupiunt? Ista quidem cognitio lucis electorum desideria satiare non novit, sed excitare; illa verò & satiare, & excitare: nam tam jucunda res est, ut ineffabiliter concupiscatur; & tam plena, ut qui jam semper hanc in magno desiderio viderunt, semper ineffabili plenitudine satientur.*

§. IV.

Ad noviſſimas Animadversiones *num.* 29. *ad* 34. Responsio.

39 „ Ad *Propoſitiones* illas quod attinet, ſeu veriùs *ſimilitudines in noviſſ. Animadv. num.* 29. *&* 30. adnotatas, quibus *in Relatione Conſcientiæ* noſter „ Ven. Alphonſus eſt uſus *ad explicandum adjutorium Divinæ gratiæ* omnino „ *neceſſarium homini cooperanti in bonum*; Tam *multa*, & *egregia* ſunt, quæ *in facto*, & *in jure* ab ipſomet doctiſsimo Animadverſore, veritatis ſtudio permoto, ad *eoſdem* Dei Famuli *ſenſus illuſtrandos* in ipſis Animadverſionibus afferuntur *num.* 31. 32. *&* 33. *per tot.*, ut fruſtranea nobis penitùs, & doctiſsimis Patribus nonniſi magis oneroſa omnis uberior defenſio videri poſsit, ac debeat.

40 Tria itaque ſolummodò *in Facto* opus habemus inſuper addere; quorum *Primum* eſt, quod in ipſis duobus exadversò allegatis locis *in cit. Animadv. num.* 29. ex profeſsò agit Dei Famulus *de internis actibus* in exercitio HUMILITATIS; ut mirum proinde eſſe non debeat, ſi *undeunde* poteſt *conſiderationes* omnes *accumulet*, quibus & ſe prorsùs *vilem*, *abjectum*, *omnique bono expertem*, *& indignum*, *& quovis merito vacuum* reputet, & viceversà *peccatorem digniſſimum omni malo*; ut ita prorsùs *intimum* in ſeipſo *concipere* poſſit *odium ſui*; dum tamen *ſimul* in eodem *contextu* majorem, & *maximam fiduciam* exprimit *in Dei auxilio*, ſimulque *efficaciſſimos* propriæ *voluntatis actus*, quibus & ſeipſum *corrigere*, & *virtutes exercere* cum Dei gratia, & a *mortificationis* operibus nunquam deſiſtere, & *in Dei amore* totus, & ſemper *occupatus eſſe* declarat, ut videre eſt in contextu *cit. Summ. a pag.* 191. *ad* 194. §. 198. *ad* 209., *& pag.* 238. *& ſeq.* §. 466. *ad*
(p) 469. *per tot.*, juncto *Originali Hiſpanico*, ut in ſubjecta *not. lit. p.*) Cum-

que

(p) Contextus, qui *in cit. Summar. pag.* 191. *& ſeq.* §. 198. *ad* 209. reſultat *ex Originali Hiſpanico*, hic eſſe debet *ad literam*, ſub tit. = *De intimo dolore, & verecundia, quibus anima affligitur, quando ipſam honorant, & bene tractant &c.*, ibi: *Odit tantopere iſta perſona ſeipſam, ut vix poſſit ſeipſam præ nauſea pati &c. Nollet quod aliquis ſui recordaretur, tanquam rei viliſſimæ, & infimæ, ac deterrimæ totius Mundi &c., vellet fugere a ſemetipſo, ſi fieri poſſet &c.; & ex hoc faſtidio ſui ipſius provenit, quòd ſibi nauſeam generant omnia, quæ ſunt in Mundo &c., quia guſtus, & gaudium ſuum nihil aliud eſt, quàm Jeſus, & Maria, & tractare, ac agere cum illis de omnibus rebus ſuis. O pretioſos contemptus, & inhonorationes, quando enim aliquis me contemnit &c. quid aliud facit quàm me admonere, quod ego ſum malus? felix talis monitio, ut ego corrigam me, & Deo ſerviam &c.*

Verus humilis reperit ſe eſſe nihil; qui ſe exiſtimat aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit: nihil nil valet, & ad nihilum deſervit, ideoque humilis ſine aliquo diſcurſu, ſed cum claro lumine Cœli reperit ſe nihil eſſe in iiſdem operibus, & operationibus, & in omnibus rebus, quia non ipſe ea operatur, ſed Deus cum ipſo: adeoque ſive loquatur, ſive prædicet, ſive cogitet bona, aut alias res operetur externas, aut internas, in omnibus reperit ſe verus humilis nihil eſſe, atque ita de nulla re ſuperbire poteſt, ac ſi eſſet mortuus, nec ſe exiſtimare eſſe aliquid boni. Per medium hujus exercitii anima, cui hoc Deus communicat, videt omnia bona in Deo, & in ſe nihil boni videt, prout nihil, quod nec videt, nec in ſe aliquid habet, & hoc videt anima ſine diſcurſu intellectus.

Hoc quod diximus eſt quædam viſio, quam Deus dat animæ claram, in qua videt, qualiter procedunt a Deo omnia bona, tanquam a cauſa primaria, & quando hoc operatur, videt quod Deus id operatur inſtrumento ſibi beneviſo, ad inſtar Pictoris, qui cum pennicillo pingit quod vult; pennicillus per ſe ſolus ſine Pictore, nec poteſt, nec facit quicquam, neque unquam faciet, niſi moveatur a Pictore, & Scriptor ſcribit quod vult cum calamo, & calamus de ſe ſolus nihil ſcribit, nec poteſt.

Vir-

que proinde non de aliqua Theologica Conclusione agatur Dei Famuli, sed *de intimo exercitio Humilitatis*, non est per consequens ita subtiliter in *similitudine* ab ipso adhibita insistendum: quia passim aliàs *Sancti Viri* in hujus *virtutis exercitio*, ut se magis deprimant coràm Deo, *modum* quodammodo *excedere* consueverunt, & cum S. Francisco Assisiate illud jugiter iterare apud Deum = *Tu abyssus Entis*, *ego abyssus nihili*, uti cuique in nostris Causis versato notissimum est, & optimè advertit sa: me: Benedictus XIV. *lib. 3. cap. 24. num. 51.* ubi = *Quantum* AD ACTUS (*Humilitatis*) INTERNOS CIRCA DEUM, *cum humilitas præ aliis Virtutibus moralibus potissimùm sita sit in eo habitu*, *quo* QUIS DESPICIT SEIPSUM, ET DE-

---

Virtus humilitatis consistit in videndo intimè quonam modo se habeat, quando se exercet in virtuosis rebus, & sanctis; quia sine me nihil potestis facere; adeoque nihil nil valet, & ad nihilum deservit: sine me nihil potestis facere: qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit; atque ita cum hac cognitione meimetipsius tale fastidium concipio de tanta mea vilitate, abjectione, fœditate, & nihilitate mea, ut meipsum videre nollem præ grandi fastidio, & nausea, in tantùm quod non inveniam modum, quo istud declarare possim &c., & solum quiesco, ac me consolor cum Jesu, & Maria &c. Magni momenti est seipsum cognoscere uti verè vilem, & malum &c.

Ea, in quibus ipse pedem figit, tanquam in itinere tuto, est vivere cum Dei gratia maximè solicitum servandi se expertem, & liberum tam in cogitationibus, quàm in verbis, & in operibus a quovis peccato etiam minimo; & si venit ei aliqua cogitatio, quæ de Deo non sit, aut non necessaria propter Deum, illicò elevat cor ad Deum, & sibi dicit: cogitationes tuæ debent esse omnes in Deo, & propter Deum; & illas, quæ non sunt tales, projicit statim a se, & remanet cum Deo suo &c. Idque multum prodest ad conservandam animæ puritatem, ad quem effectum assumit in Advocatam B. Mariam Virginem &c., deinde se armat scuto amoris Dei, & Virginis procurando illos secum semper habere in anima, & in corde, & tractare cum eis, ut sibi doceant facere eorum voluntatem, ipsumque adjuvent ad id exequendum cum inflammato cordis affectu placendi eis in omnibus rebus; & illicò amplectitur sanctam humilitatem, & pretiosum contemptum sui ipsius.

Ita enim habent originalia verba Ven. Dei Famuli sub tit. = *De la gran pena, y verguença, que el alma siente, de que la honran, y tratan bien, y regalan*, ibi = *Anda esta persona tan enfadada de si mesma, que con gran trabajo, que apenas se puede sufrir de asco &c. No querria, que nadie se acordasse de el, como cosa la mas vil, y baxa, y mala del Mundo &c., querria huir de sì, si pudiesse ser &c. y deste descontento de sì le viene que le dà asco las cosas deste Mundo &c., y porque su gusto, y contento no es otro, sino Jesus, y Maria, y tratar y negociar con ellos todas sus cosas. O preciosos desprecios, y deshonras, porque quando uno me menosprecia &c. que cosa es sino avisarme que soy malo? Dichoso tal aviso, paraque yo me emiende, y sirva a Dios &c.*

El verdadero humilde se halla ser nada. Qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. La nada no vale nada, para nada; y assì el humilde sin discurso alguno sino con clara luz se halla ser nada, en las mismas obras, y operaciones, y en todas las cosas, porque no las obra ella, sino Dios con ella. Aora hable, o predique, o piense cosas buenas, y obra cosas esteriores, o interiores, en todo se halla el humilde verdadero ser nada, y assì de nada se puede elevar como el muerto, ni estimar de nada de bueno. Con este exercicio vè el alma, que se lo comunica Dios, todos los bienes en Dios, y en sì no vè cosa de bueno, como la nada, que ni vee, ni tiene en sì nada, y este sin discurso del intendimiento.

Esto que se ha dicho, es una vista que Dios da al alma clara, en que vee como proceden de Dios todos los bienes, como causa primera, y esto quando lo obra, ve que los obra Dios con el instrumento que el quiere. Como lo haze el Pintor, que con el pinzel pinta lo que quiere. El pinzel por si solo sin el Pintor no puede, ni haze nada, nì lo harà jamas, sino es movido por el Pintor, y el Escrivano escrive lo que quiere con la pluma, que ella por si sola nada escrive, ni puede.

La virtud de la humildad està en ver esto al vivo, como passa, quando se exercita en cosas virtuosas, y santas, porque sine me nihil potestis facere; y assì la nada, no va-

DEMITTIT DEO, COGNITO UT AUTHORI BONORUM OMNIUM, QUÆ IN SE HABET, *& cui proinde honor, & gloria reddenda est*; IN HAC DEMISSIONE NULLUS EXCESSUS ESSE POTEST; *neque unquam devenietur ad summam perfectionem demissionis, cum inter Deum, & creaturam infinita sit distantia*, NEC UNQUAM CREATURA ALIQUA ITA SE DEO DEMITTAT, UT ILLE DIGNUS ADHUC NON SIT MAJORI DEMISSIONE CREATURÆ IN INFINITUM; in quem pariter sensum allegat Cardinalem de Aguirre *in Tract. de Virtutib. & vitiis disput. 4. sect. 4. num. 42. & 43.*, & D. Thomam 2. 2. *qu.* 161. *art.* 3., & practicè insinuat Ven. Ludovicus a Ponte *in Medit. tom.* 1. *medit.* 4. *punct.* 2., ubi post eam præmissam considerationem = *Quid sim quoad Corpus &c.*, *secundò* (inquit) *expendam quid sim quoad animam: de nihilo enim creatus*, SUBSTANTIA MEA TANQUAM NIHILUM EST ANTE DEUM (*Psal. 38. 6.*) *ideoque nihil ex me valeo, aut possum, iterumque in nihilum redirem, nisi Deus perpetuò me conservaret; ideo nihil sine eo facere possam*, *Joan. 15. 6.*

41 Alterum est, quòd in utroque allegato *contextu* Dei Famulus non relativè ad aliquam *doctrinam* loquitur, aut *per discursum*, sed relativè ad *mysticum sensum* de hoc *exercitio* sibi communicatum *in visione*, & in *comparatione abstractiva* sui ipsius *ad Deum*, ut in primo contextu *cit.* §. 199. *in fin. & seq.* ibi = *Verus humilis &c. sine aliquo discursu, sed cum claro lumine Cœli reperit se nihil esse in iisdem operibus, & operationibus, & in omnibus rebus, quia non ipse ea operatur, sed Deus cum ipso &c., atque ita de nulla re superbire potest, ac si esset mortuus, nec se existimare esse aliquid boni: per medium hujus exercitii anima, cui hæc Deus communicat, videt omnia bona in Deo, & in se nihil boni videt &c., & hoc videt anima sine discursu intellectus. Hoc, quod diximus, est quædam visio, quam Deus dat animæ claram, in qua videt qualiter procedunt a Deo omnia bona tanquam a causa primaria*; Ideoque = *Se armat scuto amoris Dei, & Virginis &c. cum inflammato cordis affectu placendi eis in omnibus rebus, & illicò amplectitur sanctam humilitatem, & pretiosum contemptum sui ipsius*. Et similiter in secundo contextu *cit.* §. 466., ubi = *Pariter dedit ei Deus cognitionem sui ipsius sine discursu, sed per claram visionem, æstimando se ipsum in rei veritate in eo, quod in se videt, & non amplius &c., quia sum nihil, & nihil nec fecit quicquam boni, nec facere potest; propter quod attribuit anima Deo omnia bona &c., & videt clarè, ac cognoscit esse verum, quod bona quæ operatur, non operantur ab anima, sed a Deo cum ipsa &c. Per viam hanc communicat Deus huic personæ suum sanctum timorem, ideoque*

vale nada, para nada. Sine me nihil potestis facere. Qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Y assì con este conocimiento proprio estoy tan enfadado de tanta vileza, y baxeza, y maleza, y la nada mia, que no me querria ver de enfado, y asco grande, a tanto grado, que no ay modo de poderlo declarar &c., solo descanso, y me consuelo con Jesus, y con Maria &c. Gran cosa es conocerse uno de verdad ser vil, y malo &c.

Las cosas en que haze incapiè, como camino seguro, es en vivir con la gracia de Dios con gran solicitud de vivir limpio de pensamientos, y de palabras, y de obras, de todo pecado por minimo que sea. Y si le viene algun pensamiento, que no sea de Dios, o por Dios que sea necessario, luego levanta el coraçon a Dios, y dize: Tus pensamientos han de ser todos en Dios, y por Dios; y los que no son assì, y los despide luego de si, y se queda con su Dios, y esto ayuda mucho para la limpieza del alma; para lo qual toma por Intercessora a la Virgen Maria &c., despues se arma con el amor de Dios, y de la Virgen, procurando de traellos en el alma, y en el coraçon, siempre y tratando con ellos para que le enseñen hazer su voluntad, y le ayuden para ponerlo por obra con abrasado coraçon de contentarlos en todas las cosas; luego se abraça con la santa humildad, y con el menosprecio precioso de si misma.

que potiùs vult timere, & tremere in consolationibus, & visitationibus, & deliciis spiritualibus, visionibusque, & revelationibus, in miraculis, & in dono Prophetiæ, in quibus non consistit sanctitas ad reddendum salutem &c. In his enim terminis, idipsum dicit Dei Famulus, quod apprimè monuit S. Joannes a Cruce *in Tract. de Flamma amoris manf.* 3. §. 6., ubi = *Il negozio* (inquit) *dell'anima in questo stato è solamente ricevere da Dio, il quale solo può nel fondo dell'anima senz'ajuto de' sensi farla muovere, & operare in essa; onde tutti questi movimenti di tal'anima sono divini, e quantunque siino di Dio, sono anche di essa, perche Dio li fà in essa, e con essa, dando ella la sua volontà, e consenso.* Id quod similiter docuit D.Thomas 1. 2. *qu.* 55. *art.* 4. *ad* 6., ubi = *Virtus infusa* (inquit) *causatur in nobis a Deo sine nobis agentibus, non tamen sine nobis consentientibus &c., quæ verò per nos aguntur, Deus in nobis causat non sine nobis agentibus; ipse enim operatur in omni voluntate, & natura.*

42 Et hinc porrò *Tertio* loco *in Facto* est observandum, quod ex integro *contextu* collato cum *Originali Hispanico* Servi Dei, optimè omnia congruunt, nedum in sensu *humilitatis*, ut supra, & in sensu *mystico*, sed etiam in sensu *Theologico*, etiam *rigido*, & rigidissimo. Ita enim se *instrumento* comparat a Deo *moto* in bonis *operibus eliciendis*, ut simul etiam *propriam activitatem*, & *cooperationem* expresse significet illis verbis *cit. pag.* 238. §. 466. = *quòd attribuit anima Deo omnia bona, sibi verò nihil, & peccata*, sed ita quòd = OPERIBUS *bonis* QUÆ FACIT, *respondet, non autem ego, sed* GRATIA DEI MECUM; *& videt clarè, ac cognoscit esse verum, quod* BONA QUÆ OPERATUR, *non operantur ab anima*, SED A DEO CUM IPSA = ; & rursus in primo contextu = *quia non ipse ea operatur, sed* DEUS CUM IPSO; *videt qualiter procedunt* A DEO *omnia bona*, TANQUAM A CAUSA PRIMARIA &c.; *quonam* MODO *se habeat, quando* SE EXERCET *in virtuosis rebus, & sanctis*, juxta id nimirùm quod etiam *Divinitùs dictum est*,& ipse expresse allegat = QUIA SINE ME NIHIL POTESTIS FACERE. Ideoque de ipsomet *Instrumento* loquens, *semper* ita loquitur, ut sub *primaria motione* artificis, *actionem* quoque non omittat *ipsius instrumenti* (hoc est ipsi *instrumento proportionatam* ad producendum *effectum*) unde unicè ait ibi, quòd = *pennicillus* PER SE SOLUS *sine Pictore nec potest, nec facit quicquam, neque unquam faciet, nisi moveatur a Pictore: & Scriptor scribit quod vult cum calamo, & calamus DE SE SOLUS nihil scribit, nec potest*; & rursùs *pag.* 239. §. 468. = *pennicillus enim* EX SE SOLUS *nunquam faciet quidquam*: Ut tantò magis proinde *sui ipsius* tanquam *instrumenti liberi cooperationem* omnino supponat; nam id ita *sibi applicat*, quemadmodum *Divinitùs*, ut supra, *dictum est*, in sensu *coadjuvativo*, QUIA SINE ME NIHIL POTESTIS FACERE. Imò, ut idipsum cum intimo *humilitatis* sensu *conjungat*, iterùm seipsum exprimit, &, quod *sine me nihil potestis facere*; quodque (uti pariter Divinitùs dictum est) = *Qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit*. Quæ omnia proinde verissimè dicta esse, & cum *Theologico sensu* etiam rigidissimo *congruere*, nemo non intelligit.

43 Certissimè quia, non obstante hujusmodi *similitudine* (qua præcisè utitur Dei Famulus in *conjuncto* sensu *mystico*, & *humilitatis*) talia præterea, & tam expressa dicit de *propria* activitate, & *cooperatione* in operibus bonis, ut hinc potiùs illud etiam sibi dicat usuvenire, quod = *Odit tantoperè ista persona seipsam &c., ut vellet fugere a semetipso, si fieri posset &c.* Cur autem? *Quia gustus, & gaudium suum nihil aliud est, quàm Jesus & Maria, & tractare, ac agere cum illis de omnibus rebus suis*; ideoque de

con-

contemptu gaudet, *quia est monitio, ut EGO* (inquit) *corrigam me, & Deo serviam*; De cæterò enim operatur utique *Deus cum ipso*, sed ita ut simul ipse = *loquatur, & prædicet, & cogitet bona, & alias res operetur externas, aut internas* &c. Imò huc quædam veluti *summa* reducitur ejus *propriæ* activitatis, quod = *Ea in quibus ipse pedem figit tanquam in itinere tuto, est vivere cum Dei gratia maximè solicitum servandi se expertem, & liberum tam in cogitationibus, quàm in verbis, & in operibus, a quovis peccata etiam minimo*. Idque ita & taliter, quòd = *Si venit ei aliqua cogitatio, quæ de Deo non sit, aut non necessaria propter Deum, illicò elevat cor ad Deum, & sibi dicit: Cogitationes tuæ debent esse omnes in Deo, & propter Deum; & illas, quæ non sunt tales, projicit statim a se* &c. Id quod multum prodesse, subdit, = *ad conservandam animæ puritatem, ad quem effectum* (ut ipse de se prosequitur) *assumit in Advocatam B. Mariam Virginem &c., deinde se armat scuto amoris Dei, & Virginis, procurando illos secum semper habere in anima, & in corde, & tractare cum eis, ut sibi doceant* FACERE *eorum voluntatem, ipsumque* ADJUVENT AD ID EXEQUENDUM CUM INFLAMMATO CORDIS AFFECTU PLACENDI EIS IN OMNIBUS REBUS; uti latiùs per hos actus *propriæ* utique *electionis*, & *cooperationis* cum *Divina gratia* in operibus bonis ipse de se *expressè* ait in eodem *contextu* exadversò allegato, & passim *alia* similia, & *egregia* videre est in eadem Relatione conscientiæ *Summ. num.* 30. *pag.* 155. *§.* 36. 37., *pag.* 157. §. 52., *pag.* 162. §. 80. 81. *&* 83., ubi signanter Deo offert = OMNIA BONA, QUÆ EGO FECERIM (inquit) *toto tempore vitæ meæ* &c., & *pag.* 164. §. 90. 93. *pag.* 169. §. 108. *& seqq.*, *pag.* 173. §. 126. *&* 127., *pag.* 182. §. 157. *&* 158., *pag.* 186. §. 170., *pag.* 189. §. 187. *&* 189., *pag.* 239. §. 470. *&* 474., *pag.* 242. *§.* 489., *pag.* 243. §. 497. *& seqq.*, *pag.* 244. *& seq. a* §. 503. *& seqq.*, *pag.* 246. §. 517. 518. *&* 519., & alibi sæpissimè.

44 „ Pro eo autem, quod attinet ad alteram Animadversionis partem *num.* 34. „ de asserta suspicione Quietismi, quam cæteroquin propulsarunt Theologi ad „ censuram adhibiti, ac judicium Sacræ Congregationis declarantis 19. *Ja-* „ *nuarii* 1709. = *posse procedi ad ulteriora*, ut ipsa refert Animadversio *cit. num.* 34. = Dicimus idipsum profectò ad *genericam* suspicionem penitùs propulsandam satis superque esse debere; quia jam plenissimè eadem suspicio ab ipsismet doctissimis Theologis Revisoribus, a quibus fuerat promota, fuit etiam in ipsa eorum censura, & uno eodemque contextu omninò depulsa, & eorum judicium ab ipsa etiam Sacra Congregatione fuit approbatum, per Decretum = *procedi posse ad ulteriora* = editum die 19. *Januarii* 1709., tum deindè etiam latiùs, fuit id a Postulatoribus *in Responsionibus ad prævias Animadversiones* demonstratum, & signanter in secundis nostris Responsionibus *Cap. IV. a pag.* 128. *ad* 139. *per tot.* ad quas proinde, & rursus ad ipsam Dei Famuli *Relationem*, & nostrum prævium *Elenchum* sat est doctissimos Patres (si qui adhuc sint dubitantes) ablegare. Certè siquidem tam in *prævio* nostro *Elencho*, quàm in ipsa Dei Famuli *Relatione*, luculentissimi, ac *frequentissimi* apparent eximii *actus spei*, & *amoris in Deum*, ardentissimi *desiderii propriæ salutis*, ac *fruendi Deo*; nec minùs etiam assidui *egregiarum* omnium *Virtutum actus*, & perpetuum *orationis studium* nunquam ab insigni *internarum*, & *externarum mortificationum* exercitio *disjunctum*, idque totum in eundem *finem* se exercendi in *bonis operibus*, & *per ea* merendi *vitam æternam*; quibus planè omnibus *opposita* falsorum Mysticorum *fundamenta* penitùs evertuntur, ut ipsa etiam *pro veritate* admonere non desinit oculatissima Animadversio *cit. num.* 34. Et nos iterùm infra *in seq. §. V. à pag.* 79. *& seqq. a num.* 72. *ad* 80.

§. V.

§. V.

Ad novissimas Animadversiones *num. 35. ad 37.* Responsio.

45 „ QUINTO LOCO est, quod ab aliquibus itidem non satis percipi potuis-
„ se, ait Animadversio *num. 35.* orationem *in somno* exerceri solitam a Dei
„ Famulo, de qua *in Sum. n.30.* §. 161.262. 263.264.427.548. 632.,*&* 652.,
„ nam ex una parte dicit Dei Servus *cit.* §. 652. quòd = *Orationem, quam*
„ *faciebat, & tenebat vigilando, tenebat & faciebat quoqae simili modo dor-*
„ *miendo in profundissimo somno*; & ex alia parte omnem dubitationem vide-
„ tur excludere, quòd hæc sibi oratio *per somnium contingeret, & per ima-*
„ *ginem tunc excitatam a bono orandi habitu, & a diurnis speciebus piæ menti*
„ *in somno obversantibus*; nam expressè ait *cit.* §. 161., quòd = *impensatè*
„ *dormivit profundo somno, in quo invènit se non sicuti somnians, quia non*
„ *somniabat quicquam, prout somnia facere, & causare solent, sed in in-*
„ *stanti invènit se positum, & constitutum solum cum Deo suo in admodùm*
„ *profunda oratione, & suprema contemplatione*; & ad clariùs explicandum,
„ quòd verè, & *physicè dormiret*, simulque dormiens *oraret*, & *meditare-*
„ *tur*, addidit, hanc orationem durasse = *usquequò pulsavit Campana ad sur-*
„ *gendum*; & sic etiam *cit.* §. 264. *usquequò ipsum evigilavit signum Campanæ*
„ *obedientiæ*.

46 „ Cum autem *oratio meditativa* (ut Animadversio subsumit *num.36.*) posita
„ sit *in attenta cogitatione mysterii Fidei, vel cujuslibet rei revelatæ, quæ*
„ *ratiocinando fit, & procedendo de una re in aliam*; & oratio *contemplativa*
„ id sibi vindicet, quod anima posito actu credendi, *contempletur Divinam*
„ *veritatem, & ad ejus amorem accendatur*, ita ut in *oratione* duæ occupen-
„ tur *Potentiæ*, nempe *Intellectus intuendo* actu simplici, & *Voluntas aman-*
„ *do*, neque *ullus* dari possit in contemplatione *orandi modus* per *suspensio-*
„ *nem omnis actus intelligendi, & amandi* (nè aliàs quis consentiat Quietista-
„ rum erroribus ab Ecclesia proscriptis) hinc declarandum a nobis postulat
„ Animadversio, *quomodo* hæc *Oratio* Dei Famuli in vero *somno physico* fieri
„ posset, cum potiùs hujusmodi *actus* merè *spirituales*, & *intellectuales* ab
„ eo, qui verè *dormit*, elici non posse videantur. Esto enim anima contem-
„ plativa *Divino soporari spiritu* aliquando dicatur per *somnum mysticum*,
„ *mortem mysticam, orationem quietis*, & *silentii* (prout alii aliter vocant
„ Scriptores mystici) adhuc nec tunc *anima otiatur*, ut in somno vero, ac
„ reali contingit, sed *cessante* etiam *discursu intellectus* circa particularia my-
„ steria, non tamen cessant *affectus voluntatis* in conspectu Dei, quem *Fidei*
„ *oculis aspicit*, uti benè, inter alios, observat insignis vitæ Asceticæ Præ-
„ ceptor Ven. Ludovicus a Ponte, & acer Episcopus Meldensis Bossuet &c.,
„ ut eadem concludit Animadversio *num. 36. & 37.*

47 Hæc autem, ut ea, qua par est, claritate, atque ordine luculentiùs explicare possimus, plura distinguenda esse, dicimus, quorum *Primum* est, longè aliud esse *orationem meditativam a contemplatione*; MEDITATIO siquidem (ipsa etiam fatente Animadversione *num 36.*) *posita est in cogitatione attenta alicujus Mysterii Fidei, vel cujuslibet rei revelatæ, quæ fit ratiocinando, & procedendo de una re in aliam*; at verò CONTEMPLATIO, ut benè, post alios, admonet Cardinalis Bona *in via Compendii ad Deum cap. 9. num. 4. & 5.* = *Est terminus meditationis, sive considerationis, qui est veritatis quæsitæ, & inventæ intuitio*; & dicitur = *Intuitus, quia non est opus rationis discurrentis, & inquirentis veritatem sicut meditatio, sed opus intelligentiæ*; & quanquam in ordine ad *objectum*, seu *materiam*, = *quidquid ad meditandum assumitur, materia est quoque contemplationis*;

at-

attamen meditatio investigat, contemplatio degustat; nam = *Contemplatio ab amore Dei incipit, & in amorem desinit; tametsi enim essentialiter sit actus intellectus, principium nihilominùs habet in voluntate, quia ex charitate Dei ad ejus contemplationem incitamur, & quia finis correspondet principio, finis quoque ejus est in affectu, dum in visione rei amatæ delectamur, & ipsa delectatio magis excitat amorem*.

48 *Alterum* est, cohærenter dividi *contemplationem* a Mysticis, & Theologis, in ACQUISITAM, & INFUSAM; hoc est *in eam, quæ propriâ industriâ, & exercitatione* (utique *semper cum Divina gratia*) *acquiritur*, & in eam, *quæ ex sola speciali gratia, seu Divina inspiratione promanat*, uti cum aliis optimè prosequitur laudatus Cardinalis Bona *loc. cit. cap.* 10. *num.* 1. subdens, quòd = *Illa* (contemplatio *acquisita*) *ab habitu Fidei aliisque virtutibus Theologicis, & Moralibus procedit: hæc* (*infusa*) *a Dono Spiritus Sancti*: Ad hanc siquidem *propriè pertinet* præcipuum *donum Sapientiæ*, quod est = *Sapor, & gustus spiritualis, quem Deus communicat in contemplatione Divinorum*, de quo est illud Psalmi = *Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus*; est enim *Amor* (ut cum S.Bernardo *serm.* 85. *in Cantic.*, & *in Tract. de donis Spiritus Sancti cap.* 7. notat Richardus a S. Victore *in tract. de divers. affect.*) *dulcedo saporis intimi, a quo sapore denominatur sapientia; & quantò quis ardentiùs amat, tanto suaviùs gustat*; & cum D. Thoma 1. *part. quæst.* 43. *art.* 5. *ad* 2. & 2. 2. *quæst.* 45. *art.* 2. *ad* 1. D. Bonaventura *in* 3. *Sent. dist.* 35., & *in Tract. de donis Spiritus Sancti, ubi de Dono Sapien. per tot.*, Scoto *in* 3. *dist.* 34. *quæst. unic.*, & passim aliis Theologis, optimè prosequitur Cardinalis de Lauræa *in* 3. *Sent. tom.* 4. *disp.* 15. *art.* 14. *a num.* 289. *& seqq.* Et quia hujusmodi *Dona Spiritus Sancti* habent suum effectum in *actuali usu*, & exercitio; & *operantur in Potentiis* (*servata proportione*) *id quod impulsus extrinsecus agit in lapide*; quia sicut *hic in sua gravitate movetur deorsum, sed si ab extrinseco impellente impulsus accedat, velociùs movetur; ita motus virtutum in Potentiis ad opera supernaturalia, a concursu donorum Spiritus Sancti elevantur, ut perfectiores actus eliciant*, ut cum prædictis adnotat Matthæuccius *in Pract. Theolog. Canon. tit.* 6. *cap.* 1. §. 8. *num.* 2. & 5., hinc signanter ex dono Sapientiæ *ibid.* §. 7. *num.* 5. = *Ad saporis, & suavitatis mensuram* (qua *perfecti* Viri *donantur in contemplatione Divinorum*) *quidam mentem semper ad Divina erigunt, quidam Extases, quidam Raptus extaticos patiuntur, & a terra levantur, prout illis Deus concedit: Omnibus enim non æqualiter gustus hic, & suavitas communicatur, sed in aliquibus minor, in aliis major est, & singulis a Deo confertur prout vult: Quapropter ex effectibus colligitur, quòd uni Viro perfecto in majori gradu hoc donum a Deo infundatur, quàm alteri*.

49 *Tertio loco* est, ulteriùs dividi contemplationem in MIXTAM & PURAM; idque in MULTIPLICI SENSU, tum scilicet ex parte *principii*, seu *causæ agentis*, tum ex parte *subjecti*, tum ex parte ac varietate *motionis*, ac *modi*, tum denique ex parte *effectuum*, itaut plures sint veluti *gradus* contemplationis, qui proinde certo numero comprehendi non possunt; = *multis enim modis animæ contemplanti se communicat Deus* (uti bene prosequitur Cardinalis Bona *cit cap.* 10. *num.* 3.) *& spiritus ejus ubi vult spirat, & quando vult, & quomodo vult; & quis poterit sensum ejus assequi? aut quis audebit terminum ponere ejus admirandis operationibus? Ideo a viris Theodidactis horum sublimium Mysteriorum explicatio petenda est, quibus Deus, mirabilis in Sanctis suis, incerta & occulta Sapientiæ suæ manifestavit*. Cum quo porrò Cardinali Bona, nos *eos gradus*, sat habemus, *commemorare*, ad quos præfata omnia *contemplationis genera*, & hujusmodi

Cœ-

Cœlestium *charismatum dona* facilè reduci posse, censuit laudatus ab eodem Cardinali Bona Jacobus Alvarez de Paz *cit. tom. 3. de vit. spiritual. lib. 5. part 3.*, ubi *quindecim gradus* enumerat, & explanat, qui sunt, ibi = 1. *Intuitio veritatis*: 2. *Secessus animæ ad interiora*: 3. *Silentium spirituale*: 4. *Quies*: 5. *Unio*: 6. *Auditio loquelæ Dei*: 7. *Somnus spiritualis*: 8. *Extasis*: 9. *Raptus*: 10. *Christi, & Sanctorum apparitio corporalis*: 11. *Eorundem apparitio imaginaria*: 12. *Visio intellectualis*: 13. *Visio Dei in caligine*: 14. *Admirabilis visio Dei disjecta caligine*: 15. *Visio clara, & intuitiva Dei, quæ licèt propria sit Beatorum in Cælo, fuit tamen, ut probabiliter quidam Theologi docent, quibusdam Sanctissimis Viris etiam in hac vita concessa*. De quibus porrò gradibus, licèt alii *aliter* illos *disponant* (quia nulla certa lege, atque ordine, sed *ex mero Divino beneplacito* conceduntur) adhuc tamen *in substantia* SS. Patres consentiunt, & omnes Mystici, ut idem Alvarez admonet *ibid. in Introduct. ad cit. par. par. 3. in princ.* & doctissimis Patribus est notissimum.

50 Et hinc *quarto* denique *loco* est observandum, quod universim sumpto *orationis*, *seu contemplationis* vocabulo, *pro quacumque, ut supra, mentis in Deum elevatione, ac præsentia Divina*; ex omnibus, ut supra, ejus *generibus*, & *modis*, seu *gradibus*, quidam sunt, qui cum communibus gratiæ auxiliis *secundum naturam* fieri dicuntur, uti *meditatio*, & *contemplatio acquisita*; alii, qui nonnisi *extraordinariis* gratiæ auxiliis, & *Donis* Spiritus Sancti *supra naturam* (saltem ex parte) fieri videantur, uti perfecta, seu *infusa* contemplatio, quoad *plures gradus*, & in specie *somni mystici*, visionis *in caligine*, & *unionis*, & aliquando etiam *extasis &c.*; alii demùm sunt, qui omnino *supra* & *præter naturam*, non tam per gratiæ auxilia, & dona extraordinaria, quàm *per modum gratiæ gratis datæ* fieri intelliguntur (q) uti *perfecta extasis*, cum *raptu*, *visio*, seu *apparitio*, & *locutio Dei*, & *Sanctorum*, tum *corporalis*, tum *imaginaria*, tum etiam *intellectualis*, quando *ad Prophetiam* pertinet, & *revelationem &c.* De quibus proinde omnibus respectivè *quæri potest*, an & quatenus *in vigilia*, vel *somno*, aut perfecto, aut imperfecto, aut aliàs *in somno mystico*, aut *extasi*, aut *raptu &c.* fieri possint, atque adeo, an & *quatenus* hæc esse possint in aliquo Dei Famulo hujusmodi Donis decorato, *cum certo*, vel incerto, majori, vel minori *signo*, seu argumento amicitiæ Dei, & *virtutum heroicitatis*, & *sanctitatis*; de quibus omnibus latè apud Patres, & Expositores, ac superiùs laudatos Mysticos, atque Theologos.

51 His autem opportunè *præmissis* IN JURE, nunc ad ipsam Dei Famuli *Orationem*, seu *Contemplationem in somno* (ut vocant) sedulò investigandam pro-

(q) Ut enim, post alios, optimè monet laudatus Alvarez *cit. lib. 5. part. 2. cap. 4. §. ult.* = *Etsi quis contemplationem altissimam nanciscatur, ne se Deo gratum esse, evidenter inde colligi præsumat; Licèt enim dixerimus, contemplationem a donis ejus Spiritus Sancti, eaque dona veram charitatem, & gratiam gratum facientem comitari &c., tamen ne præsumat, neque supra quàm decet, de semetipso confidat: Verum quidem est, contemplationem, quam descripsimus a charitate, & donis procedentem, sine gratia gratum faciente esse non posse: At certum non est, contemplationem, quantumvis sublimem, imò quæ usque ad extases & raptus &c. procedat, a charitate & donis dimanare; potest enim oriri ab aliqua Gratia gratis data, quæ redacitur ad Donum Prophetiæ &c.* Unde porrò = *manet semper inconcussa Catholica veritas, quod nescit homo (absque speciali revelatione) utrum amore, an odio dignus sit, Eccl.* 9. 1. Adeoque illud unicè *verum est, contemplationem perfectam, & alia dona extraordinaria, quæ illa continentur, bonæ vitæ conjuncta, esse pretiosa quædam gratiæ Domini pignora, & amoris ejus erga eum, qui talia dona possidet, indicia non exigua: debereque illum pro hujusmodi donis ingentes gratias agere, & sollicitiori cura suam salutem operari*: prout idipsum jugiter sensit, & præstitit noster etiam Ven. Dei Famulus.

propiùs accedendo; DUO sunt IN FACTO summoperè animadvertenda, quæ confundi non debent. PRIMUM est, quod *ex omnibus* exadversò allegatis *locis* Dei Famuli *in contr. Animadv. num. 35.* omninò *nullus* est *locus*, in quo Dei Famulus explicitè loquatur de *oratione meditativa*, seu *per discursum*, sed unicè *de oratione affectiva &c.*, *de oratione amoris* (ut ex *singulorum* locorum *integro contextu*, collato etiam cum *Originali Hi-*
(r) *spanico*, apertissime liquet *in subjecta Not. litt. r.*) & viceversà *plures*,

in-

(r) Septem sunt *loci* exadversò *indicati* ex Relatione Dei Famuli *in Summ. num. 30.* §. 161. 262. 263. & 264. 427. 548. 632. 652., qui cum integro singulorum *contextu* collato cum *Originali Hispanico* Dei Famuli, sunt qui sequuntur.

Peimò ex *Summ. num. 30. pag. 183.* §. 161. ibi „ *Item evènit huic personæ, dum esset infirmus fluxu corporis (enfermo de unus camarus) ut quadam nocte reperiretur defatigatus, & gravatus symptexibus (fatigado con bascas) quæ durabant plusquam una hora, & ipsum inquietabant; post istud tempus impensatè, & ex improviso fuit quodam somno correptus, & profundè dormivit (y pasado este tiempo sin darse cato, sin advertirlo, le sobrevino un sueño, durmiendo profundo) in quo invènit se non sicuti somnians, quia non somniabat quicquam, proat somnia facere solent, sed in instanti invènit se positum, & constitutum solum cum Deo suo in admodùm profunda oratione, & suprema contemplatione, & erant ambo soli, nempe Deus, & anima, in qua solitudine, quæ est puri spiritus mentalis* (ita enim legendum ex originali Hispànico „ *que es de espiritu puro mental*, non *parvi spiritus*, ut per eeeorem legitur in Summario) *reperitur anima cum solo Deo, ubi non adest, nec adesse potest discursus aliquis, sed anima est toto repleta Deo, & fruitur ipso Deo, & his, quæ ibi Deus ei communicat, de ejus amore. Hæc est solitudo amborum duorum tantùm, certo modo, quomodo illam habent Angeli in Cœlo, contemplando illorum Deum. Videtur huic personæ, quod hujusmodi oratio duraverit per horam cum dimidia, usquequò pulsavit campana ad surgendum.*

Secundò *ibid. pag. 203. §. 262.*, ubi „ *Item evènit huic personæ, quòd dum dormiret existebat in servore amoris Dei in oratione (estando durmiendo estava con fervor del amor de Dios en oracion) & existimavit, quòd extiterat hoc modo una hora, & evigilavit in, & cum illo affectu fervido amoris Dei, & mansit alia hora in eadem oratione, & postea dormiendo dormivit per aliam horam usquequò campana obedientiæ ipsum evigilavit (bastaque le despertò la campana de la obediencia.)*

Teetiò *ibid. & pag. 204. §. 263. & 264.* „ *Item evènit huic personæ* (hic addendum ex originali Hispanico *alia vice* „ *Mas le acontecìò otra vez, que en acostandose durmiose &c.*) *quod statim atque accubuit dormivit, & dormiens invènit se in magno fervore orationis, cum magno affectu amoris Dei, & hoc modo perseveravit usque ad horam tertiam post dimidiam noctem in circa: & hæc persona est solita a multis annis, quòd post somnum reperit se uti tortum (como atormentado) & magis tortum, quàm si vestitus usus esset cilicio (que le dà mas tormento, que si huviera tenido vestido un cilicio) ista tamen die post supradictam orationem invènit se valde alleviatum (muy aliviado) quod a multis annis sibi non evenerat, & postquàm evigilavit eodem orationis affectu, iterum dormivit, & perseveravit in oratione usquequò ipsum evigilavit signum campanæ obedientiæ. Magni momenti est oratio, quæ haberi potest dormiendo, quando Deus concedit hanc gratiam (Grande es la oracion, que se puede tener durmiendo, quando Dios la da) quia apparet manifestè, quòd tunc temporis anima stat cum Deo sola cum solo, corpus enim dormiens animam non impedit, & sic extat inter Deum, & animam magnum silentium* (ita enim in originali Hispanico legitur, non *solatium*) *& solitudo amborum, & tota anima est occupata amore Dei, in cujus præsentia existit, & sic nihil aliud ibi extat quàm amor.* = *(Grande es la oracion, que se puede tener durmiendo, quando Dios la dà, porque se ve, que allì anda el alma a solas con Dios, porque el cuerpo como darme no empide el alma, y assi ay entre Dios y el alma gran silencio, y soledad de los dos, porque toda està ocupada en el amor de su Dios, que presente tiene, y assì todo es amor.)*

Quaetò *ibid. pag. 233. §. 427.* „ *Item evènit huic personæ, quòd cum paululùm se occuparet legendo de humilitate, impensatè dormivit, & profundo somno dormiens fuit vulneratus tanto, & tam ingenti Dei amore, ut sibi videretur mori propter dictum amorem (*„ *Mas le aconteciò a esta persona, que viendose ocupado un poco en leer de la humildad, sin darse cato, se durmiò, y estando en profundo sueño fue herido es-*

tan-

inter eosdem exadversò *allegatos*, *sunt loci*, in quibus Dei Famulus a præfata sua oratione, seu *contemplatione in somno*, omnem penitùs *discursum*, & *ratiocinationem* (atque adeo omnem *orationem meditativam*, & *contemplationem acquisitam*, imò ejus etiam *possibilitatem*) prorsus excludit, ut *ex cit. Summ. num. 30. pag.* 183. §. 161., ubi = *postquam in instanti invènit se positum*, *& constitutum solum cum Deo suo in admodùm profunda oratione*, *& suprema contemplatione*, *& erant ambo soli*, *nempe* DEUS ET ANIMA, immediatè subdit, ibi = *in qua solitudine*, *quæ est* PURI SPIRITUS MENTALIS, *repèritur anima cum solo Deo*, UBI NON ADEST, NEC

---

tando durmido en tan gran amor de Dios, que parecia que moria de amor de Dios.

Quintò *ibid. pag.* 252. §. 548., ubi Latina versio hæc esse debet ad literam „ *Item evènit huic personæ, quod dormiendo, actualiter oraret agendo cum Deo, ita quòd credere non potest fuisse somnum, sed imò quòd verè ageret, & tractaret cum Deo, uti solet ista persona, & cum eo negotiare; nam sicuti in hac vita non habet aliam consolationem, quietem, & refrigerium, quàm assistere, tractare, & negotiare omnia sua, & quidquid alii sibi commendant, cum Jesu, & Maria* (ita enim est in originali Hispanico, ibi „ *Tambien le aconteciò estando durmiendo estar actualmente orando, tratando con Dios de tal manera, que no puede creer, que fuese sueño, sino verdaderamente tratar con Dios, como suele, y negociar con el. Porque assì como en esta vida no tiene otro consuelo, y refrigerio, y descanso, sino assistir, y tratar, y negociar todas sus cosas, y lo que le encomiendan, con Jesus, y Maria) ita pariter Deus non solum seipsum huic personæ communicat de nocte in oratione, sed etiam die (entre dia) & in mensa, quando manducat, & libentì animo omitteret manducare, ut assisteret cum Jesu, & Maria, quos tantopere diligit, sed sibi videtur, quod ibi expedit dissimulare, & sequi alios interrumpendo orationem propter amorem Dei, qui me tunc ibi vocat ad manducandum, & non ad orandum (de buena gana dexarìa el comer por assistir con Jesus, y con Maria, que tanto ama, pero pareccle, que conviene allì dissimular, y seguir a los otros, interrompiendo la oracion por amor de Dios, que me llama allì para comer, y no para orar.)*

Sextò *ibid. pag.* 266. *in fin. & seq.* §. 632. „ *Hæc persona fere quotiescumque vult, in quacumque parte reperiatur, sine aliqua molestia, nec labore, ponitur & existit cum Deo suo, & stant ambo soli sine aliquo discursu, quia jam habet secum illud, quod cum discursu quæri solet, nempe Deum* („ *Esta persona casi siempre que quiere, en qualquier cabo que estè, sin trabajo ninguno està con su Dios a solas sin discurso alguno, porque ya tiene consigo lo que con los discursos se suele buscar, que es a Dios*) *Ideoque negotiat illud, quod sibi est opus, cum Deo suo magna cum quiete, amore, & suavitate, taliter quòd sibi evenit aliquibus vicibus, dum accubuit orare, & orationem tenere, & facere, & perseverando in oratione corripi somno, & profundo somno, & tunc quando somno corripiebatur in oratione, perseverabat in eadem oratione dormiendo, simili modo ac si vigilans maneret* „ *Ego dormio, & cor meum vigilat*„ (Ita enim legendum ad literam ex Originali Hispanico, ibi „ *De tal manera que le ha acontecido algunas vezes estando acostado ponerse en oracion, y tenerla, y en este tiempo dormirse bien dormido, y como se dormia estando en oracion tenia la mesma oracion estando durmiendo, como quando estava despierto* „ *Ego dormio; & cor meum vigilat.*)

Septimò *ibid. pag.* 271. §. 652. „ *Item evènit huic personæ, quod orationem quam faciebat, & tenebat vigilando, tenebat, & faciebat simili modo dormiendo etiam in profundissimo somno (mas le ha acontecido a esta persona, que la oracion que tenia de proposito estando despierto, la tenia de la mesma manera estando durmiendo, y bien durmido)* nempe, ut *in præced.* §. 651. „ *permanendo in elevatione sine aliquo discursu, & positus in conspectu Jesu, & Mariæ cum tali ac tanto amoris affectu, ut visis, & cognitis ibi omnibus rebus hujus vitæ, propter incrementum amoris, quem habebat, & habet erga istos Dominos, inveniebat se liberum, & segregatum ab omnibus rebus, perinde ac si tales res non extarent, eò quòd totum amorem, & cor suum positum haberet in ipsis Dominis* („ *siendo levantado en elevacion sin discurso alguno, y presentado delante de Jesus y de Maria con tan grande afecto de amor, que vistas, y conocidas allì todas las cosas desta vida, con la grandeza que allì tenia y tiene de amor a estos Señores, se hallava tan desapegado de todo, como si no fuesen, por tener todo su corazon, y amor en ellos.*)

NEC ADESSE POTEST DISCURSUS ALIQUIS, *sed anima est* TOTA REPLETA DEO, *&* FRUITUR IPSO DEO, *& his*, QUÆ IBI DEUS EI COMMUNICAT DE SUO AMORE: *est hæc solitudo amborum duorum tantùm certo modo, quomodo illam habent Angeli in Cælo, contemplando Deum suum &c.*, & *pag.* 204. §. 263. *&* 264., ubi = *Magni momenti est oratio, quæ haberi potest dormiendo*, QUANDO EAM DAT DEUS, *quia apparet manifestè, quod tunc temporis anima stat cum Deo, sola cum solo &c.*, *& extat inter Deum & animam* MAGNUM SILENTIUM, *& solitudo amborum*, *&* TOTA ANIMA EST OCCUPATA IN AMORE DEI, *in cujus præsentia existit*, *& sic nihil aliud ibi extat*, *quàm* AMOR.

52 Et similiter *pag.* 266. §. 632., ubi rursùs = *hæc persona &c. sine aliqua molestia nec labore, ponitur, & existit cum Deo suo, & stant ambo soli* SINE ALIQUO DISCURSU, *quia jam* HABET SECUM *illud, quod cum discursu quæri solet, nempe* DEUM; *ideoque negotiat illud, quod sibi est opus, cum Deo suo magna cum quiete, amore, & suavitate &c.* In quo contextu simul & semel dat intelligere in quo sensu de eo tunc *negotiare* dicat *cum Deo suo quod sibi est opus*, hoc est *cum magna quiete, amore, & suavitate*, & sine aliquo discursu = *està con su Dios a solas sin discurso alguno &c.*, *y assì negocia lo que ha menester con su Dios, con gran descanso, amor, y suavidad.* Id quod magistraliter explicat Suarez *lib.* 2. *de oration. cap.* 10. *num.* 13., ubi quærens, *quomodo perdurare possit idem intuitus contemplationis*; & præmisso quòd = *ut illa operatio fiat aliquo modo diuturna, necesse est, ut in primis illi intensioni adjungatur amor*; quodque = *amor ipse accenditur, aut renovatur, aut per novos actus exercetur, ut per modum laudis, gratiarum actionis, devotionis, reverentiæ, casti timoris, admirationis, gaudii &c. possunt enim hi actus in voluntate variari, fixo manente eodem intuitu intellectus, si circa illud idem objectum affectus ipsi varientur diversis modis &c.*, mox subdit, *idipsum esse*, quòd anima contemplativa = *interdum, ac sæpius, circa illam veritatem, quam mens contemplatur, simul per dona Spiritus Sancti* NEGOTIATUR, *sibimet illam confirmando, amabilemque reddendo; ad quod maxime juvare solet experientia ipsorum affectuum.* In quo proinde sensu alius etiam locus Dei Famuli est intelligendus, *eod. Summ. pag.* 252. §. 548., ubi de simili negotiatione loquitur, simul tamen ut *in* §. 651. = *permanendo in elevatione sine aliquo discursu*. Ut liquidò proinde pateat, *orationem Dei Famuli* in præfatis locis expressam, non esse orationem meditativam, sed *contemplationem infusam*, per extraordinaria *Dona Spiritus Sancti*, non sine expressis characteribus *repentinæ* aliquando *elevationis* ad eos *gradus*, qui, ut supra, dicuntur *somni mystici*, *spiritualis locutionis*, & respectivæ *auditionis loquelæ Dei*, *unionis*, *visionis*, *revelationis &c.*, de quibus infra.

53 *Secundò* autem IN FACTO est observandum, quòd etsi in omnibus præfatis locis Ven. Dei Famulus de *somno* loquatur, & *profundissimo somno*; adhuc tamen *nullibi* in præfatis locis, *eos terminos* adhibuit exadversò inculcatos, quibus *expressè declaraverit*, se tunc *naturali*, *& physico somno quiescentem fuisse*, *& longiùs duraturo*, *nisi rumor extrinsecus Campanæ excitasset dormientem*, ut nimis absolutè id sumit, & pro certo haberi vellet Animadversio *cit. num.* 35. *ad* 37. *per tot.* Termini siquidem *dormitionis*, & *somni*, etiam *profundi*, & *profundissimi* (qui unicè a Dei Famulo sunt adhibiti) in hac materia *Contemplationis*, non semper, ut sonant, pro *somno physico*, & *naturali* sunt accipiendi, sed æquè benè pro *somno spirituali*, & *mystico* accipi debent, ac pro *elevatione in extasim*, & *raptum &c.* ex *contemplationis dono* desuper *infuso*, ac etiam penitùs *supernaturaliter*. Et sanè

nè *plures circumstantiæ* a Dei Famulo subindè *expressæ*, a naturali somno prorsus abhorrent, ut *in cit.* §. 161., quòd = IMPENSATE *dormivit* PROFUNDO *somno*, *in quo se invènit*, *non sicuti somnians*, *quia* NON SOMNIABAT *quidquam &c.*, *sed* IN INSTANTI *invènit se positum*, *& constitutum* SOLUM CUM DEO SUO *in admodùm profunda oratione*, *& suprema* CONTEMPLATIONE, QUÆ EST PURI SPIRITUS MENTALIS &c., *& anima est* TOTA REPLETA DEO, ET FRUITUR IPSO DEO, *& his*, *quæ ibi Deus ei communicat de ejus amore*; & §. 263. *&* 264., ubi eadem circumstantia improvisi somni = STATIM *atque accubuit &c.* DORMIENS *in magno* FERVORE ORATIONIS *cum magno* AFFECTU AMORIS DEI, *idque usque ad horam tertiam post dimidiam noctem*, quo tempore *evigilans* EODEM ORATIONIS AFFECTU ITERUM DORMIVIT, *& perseveravit in oratione*, idque = *usquequò ipsum evigilavit* SIGNUM (non utique *materiale* cujusvis *Campanæ*, sed) *Campanæ* OBEDIENTIÆ; subdens, hanc ipsam orationem non esse acquisitam, sed desuper *infusam*, & *per gratiam* pro libito datam a Deo (QUANDO DIOS LA DA) quia tunc *extat inter Deum*, *& animam magnum* SILENTIUM, *& solitudo amborum*, *&* TOTA ANIMA EST OCCUPATA AMORE DEI &c., *& nihil aliud ibi extat*, *quàm AMOR*.

54 Quæ sanè omnes circumstantiæ, a *naturalibus*, quæ communiter accidunt, *circumstantiis* in somno *physico*, & *naturali*, tam in ejus *adventu*, quàm in *duratione*, ac *fine*, prorsus abludunt, ut ab experientia nemo non novit; & apprimè notat, inter alios Naturæ observatores, cl. Boerhaave *in Instit. medic. de Æconomia animalis tit. de somno* §. 590., ubi *in adventu somni* quatuor *accidere* adnotat, nempe ibi 1. quod = *A vigilia in somnum labenti incipiunt obtundi* PER GRADUS, *& difficiliùs exerceri omnes* SENSUS *externi*, *internique*, *accedente sensu ponderis in corpore*, *& tandem omnino desinere*. 2. quod = *Incipiunt retardari* PER GRADUS, *deinde minui cum sensu magnæ resistentiæ*, *tandem desinere omnes* MOTUS VOLUNTARII. 3. quod = MUSCULI *iis exercendis destinati*, *labescere* (*incipiunt*) *collabi*, *flaccescere*, *paralytici fieri*, *primò in palpebris*, *facie*, *collo*, *brachiis*, *& sic* SENSIM *descendendo*, *omnes*. 4. quod = *cessant omnes illi* EFFECTUS CORPOREI, *&* AFFECTIONES MENTIS, *quæ sequuntur ex tribus hisce*. In ipso autem somno physico, & naturali *tria notat* ibidem relegenda *num.* 5. 6. *&* 7., ac *duo* similiter *in fine* somni, ut *ibid. num.* 8. *&* 9. Qua in re videndus clarissimus ejus Commentator Albertus Haller *in Comment. tom.* 3. §. 590. *pag. mihi* 281. *& seq.*, ubi præmisso, quòd = VIGILIÆ *sunt*, *quando Corpus nostrum facillimè ab exterioribus corporibus adficitur*, *& eorum repræsentationes animæ tradit*, *ab anima verò perinde cogitationum imperium ad corpus facile pervenit*; & è contrario = SOMNUS *status est*, *in quo* AB EXTERIORIBUS *nullæ ideæ ad animam traduntur &c.*, hinc porrò = *Dormiturienti* (inquit) *ante omnia visus*, *deinde auditus*, *& reliqui sensus minus acuti redduntur*; ex quò = *primò* ADTENTIO PERIT (*confusis ideis*, *& earum nexu incipiente rumpi*) *deinde* DIFFICILIS MEMORIA *fit*; ANIMI ADFECTUS *quasi nulli fiunt*; *& cogitationes &c.* NON RITE PROCEDUNT, *ut priùs*. Quæ omnia *secus* omninò se habuisse apparent *in præfato somno* nostri Ven. Dei Famuli, ut patet.

55 Eòque magis, quòd non solùm *de tempore noctis*, aut *somni*, sed *extra illud*, de tempore *lectionis* idipsum Dei Famulo evenisse apparet, quod sequitur *cit. Summ. num.* 30. §. 427., ubi = *Cum paululùm* OCCUPARET SE LEGENDO DE HUMILITATE, adhuc nihilominùs, extra ordinem

nem naturalem, *ex improviso*, & IMPENSATE DORMIVIT, *&* PROFUNDO SOMNO *dormiens fuit* VULNERATUS *tanto*, *& tam ingenti* DEI AMORE, *ut sibi* VIDERETUR MORI PROPTER DICTUM AMOREM. Imò nec casus defuit, in quo ipsemet apertè *agnoscere*, ac *declarare* coactus fuit, *ejusmodi* suum *somnum* non physicum, & naturalem, sed *spiritualem* fuisse, & *somnum orationis*, ac *veræ contemplationis* Divinitùs infusæ *ibid.* §. 548., ubi sibi evenisse ait, *quòd dormiendo* ACTUALITER ORARET AGENDO CUM DEO, ita & taliter, *quòd* CREDERE NON POTEST FUISSE SOMNUM, SED IMO, QUOD VERE AGERET, ET TRACTARET CUM DEO, *uti solet ista persona*, *& cum eo negotiare &c.* Id quod pariter expressè resultat *ex* §. 632., ubi ait, quòd = *in quacumque parte reperiatur*, SINE ALIQUA MOLESTIA NEC LABORE *ponitur*, *& existit cum Deo suo*, *& stant* AMBO SOLI SINE ALIQUO DISCURSU &c., *taliter quod sibi evenit aliquibus vicibus*, DUM ACCUBUIT ORARE; & viceversa = *perseverando* IN ORATIONE, CORRIPI SOMNO, *&* PROFUNDO SOMNO; cum ea notabilissima *circumstantia*, quòd = *tunc* QUANDO SOMNO CORRIPIEBATUR IN ORATIONE, PERSEVERABAT IN EADEM ORATIONE DORMIENDO SIMILI MODO, AC SI VIGILANS MANERET. Manifestum est enim, hæc in vero somno physico *naturaliter* fieri, & *adverti* non posse; nam, uti bene ponderat laudatus cl. Haller *cit. tom.* 3. *sub* §. 590. *pag.* 282. = *Primus somni gradus est*, *quando adhuc conscii sumus*, *nos dormiturire*; Cum verò = *jam somnus est*, *abest conscientia*; *unde patet*, *conscientiam a memoria pendere &c.*, *nemo autem mortalium unquam in seipso animadvertit*, *qua ratione dormire cœperit &c.* At bene tamen in nostris terminis Richardus a S. Victore *in lib. de different. Sacrific. Abraham*, illud expendens, quod in Job per Heliu dicitur = *per somnium in visione nocturna*, *quando irruit sopor super homines*, *& dormiunt in lectulo*, *tunc aperit aures virorum*, *& erudiens eos instruit disciplinâ*: ait, ibi = *Hujusmodi sopor juxtà arbitrium hominis nullo modo venit*, *sed pro beneplacito ipsius*, *qui illum immittere consuevit*. *Meritò ergo de hoc sopore dicitur*, *quia irruit*, *eo quod subitò*, *& inopinatè venit*. *Sopor itaque irruit*, *quando spiritualis quispiam repentino impetu in mentis alienationem transit*. *Quando autem homo juxta hunc modum soporatur*, *& extra semetipsum rapitur*, *mira*, *& stupenda sunt sæpè*, *quæ per excessum videntur*.

56 Atque ita de facto idem Ven. Dei Famulus *expressè* ulteriùs dat intelligere, sibi *de eo tunc* utplurimùm *cœlestes* quoque *visiones* non defuisse, seu apparitiones *Christi Domini*, & *Beatissimæ Virginis*, cum *respectivis* cœlestibus *communicationibus*, & *revelationibus* &c.; nam subdit *cit.* §. 632. quod = *quia jam* HABET SECUM *illud*, *quod cum discursu quæri solet*, *nempe* DEUM, *ideo* NEGOTIAT ILLUD, QUOD SIBI EST OPUS, CUM DEO SUO, *magna cum quiete*, *amore*, *& suavitate*; & clariùs §. 651. *&* 652., ubi = *permanendo in elevatione sine aliquo discursu*, *&* POSITUS IN CONSPECTU JESU, ET MARIÆ *cum tanto ac tali amoris affectu*, *ut* VISIS, ET COGNITIS IBI *omnibus rebus hujus vitæ &c.* PROPTER INCREMENTUM AMORIS &c. ERGA ISTOS DOMINOS, *inveniebat* SE LIBERUM, ET SEGREGATUM AB OMNIBUS REBUS, *eò quòd totum amorem*, *& cor suum positum haberet* IN ISTIS DOMINIS; & §. 548., ubi addit, quòd = *Sicuti ipse in hac vita non habet aliam consolationem*, *quietem*, *& refrigerium*, *quàm* ASSISTERE, TRACTARE, ET NEGOTIARE *omnia sua*, *& quidquid alii sibi commendant*, CUM JESU, ET MARIA; *ita pariter* DEUS *non*

mo-

modò ſeipſum huic perſonæ COMMUNICAT DE MANE IN ORATIONE; *ſed etiam de die* (ENTRE DIA) imò etiam IN MENSA, *quando manducat, ita quòd libenti animo omitteret manducare, ut* ASSISTERET CUM JESU, ET MARIA, *quos tantopere diligit*, niſi *de eo tunc* aliud ipſe *Deus vellet* pro obſervantia *Regularis obedientiæ*, quod eſt, tunc = *ſequi alios, interrumpendo orationem propter amorem Dei, qui me tunc ibi vocat ad manducandum &c.* Ex quo etiam apertè patet, quòd non ſine cauſa, *quoties* Dei Famulus *dixit*, ſe a *Campana evigilatum* ab oratione in ſomno, *toties* eandem *expreſſam cauſam* addiderit, de *Campana*, non ut ſimpliciter tali, ſed tanquam SIGNO OBEDIENTIÆ, ut ſupra §. 262. ibi = *uſquequò* CAMPANA OBEDIENTIÆ *ipſum evigilavit*; & §. 161. ibi = *uſquequò pulſavit* CAMPANA AD SURGENDUM; & §. 264. ibi = *uſquequò ipſum evigilavit* SIGNUM CAMPANÆ OBEDIENTIÆ. Idipſum ſiquidem non tam ſomnum *naturalem* indigitat (qui ubi ſit *profundiſſimus*, a Campanulæ *ſonitu* non diſpellitur) quàm potiùs *ſupernaturalem*, & verè *ſpiritualem* deſuper *infuſum*, qui vel minimo *Obedientiæ* ſigno *ſubordinatur*; unde idipſum *inter ſigna ſupernaturalium mentis exceſſuum* a Doctoribus recenſetur, ut infra ſuo loco.

57 Hinc autem manifeſtum eſſe, credimus, ad evidentiam, quòd ORATIO IN SOMNO noſtri Ven. Dei Famuli, nonniſi pro CONTEMPLATIONE, ET SOMNO MYSTICO veniat intelligenda; In quo porrò *ſenſu* nihil eſt in præfatis omnibus ejus *expreſſionibus*, quod cum traditis per omnes Myſticos non apprimè conſentiat (ſ) prout de facto nec ipſe etiam doctiſſimus Fidei Promotor diſſentit *in cit. Animadv. num. 37.*, ubi & ſe potiùs *optimè noſſe*, ait = *Animam contemplativam interdum Divino ſoporari ſpiritu, quod quidem, pro vario Myſticorum ingenio, aliquando vocatur ſomnus myſticus, mors myſtica, oratio quietis, & ſilentii, oratio in caligine, otium animæ, mors, & ſepulchrum &c.*, tantùmque in id rigida indagine inſiſtendum monet, quòd = *in hoc ipſo otio ſancto anima non otiatur, ut contingit in ſomno vero, & reali; eſto enim aliquando ceſſent diſcurſus Intellectus circa particularia myſteria, non tamen ceſſant affectus voluntatis in conſpectu Dei*, ut ipſemet latiùs, & egregiè confirmat auctori-

(ſ) In quibus S. Bernardus *ſerm. 52. in Cantic.* = *Hujuſmodi* (inquit) *vitalis vigilque ſopor ſenſum interiorem illuminat &c., reverà enim dormitio eſt, quæ tamen ſenſum non ſopiat, ſed abducat*. Et S. Ambroſius *in lib. de Iſaac, & anima cap. 6.* = *Audiens hæc anima, hauſit myſteriorum ebrietatem cæleſtium; & velut ſoporata a vino, & quaſi in exceſſu, vel ſtupore poſita, dicit* = *Ego dormio, & cor meum vigilat*. Et optimè Richardus a S. Victore *part. 1. lib. 2. de erudition. hominis interior. cap. 2.* = *Priùs* (inquit) *dormimus, quàm ſomnium videamus; Et quia per ſomnum corporis ſenſus corporeus ſopitur, rectè per ſomnum mentis alienatio intelligitur, per quam exteriorum omnium memoria funditùs intercipitur. Somnium autem videre, eſt in Divinæ contemplationis arcanum mente tranſire. Dormit itaque, & ſomnium videt, qui per mentis exceſſum in ſublimium contemplationem aſcendit*. Et rursùs *in lib. de differentia ſacrificii Abraham, & Mariæ*, ubi hæc habet, inter alia, = *Cum ſol occubuiſſet, irruit ſopor ſuper Abraham, & horror magnus invaſit eum: Solis itaque occaſum ſopor, ſoporem ſequitur horror. Per ſoporem corporis, ut omnes novimus, ſenſus corporeus ſopitur, & animus humanus a rebus adjacentibus alienatur. Congruè igitur ſatis, per ſoporem mentis, alienatio intelligitur. In hujuſmodi verò ſopore mens ſæpe ex Divina revelatione cognoſcit, & quaſi per ſomnum apta viſione cernit, quæ priùs, & velut vigilans, vix tenuiter, vel nullo modo cognoſcere potuit*. Unde & Ven. Ludovicus a Ponte *in Duc. ſpiritual. tract. 3. cap. 1. §. 2.* = *O quam eſt dulcis* (ait) *ſomnus, qui in Dei ulnis capitur &c., hic ſopor non hebetat ſenſum, ſed illum potiùs exacuit: non eſt imago mortis, ſed vitæ cujuſdam excellentiſſimæ indicium, quæ ipſamet morte repræſentatur*.

ritate insignis vitæ Asceticæ Præceptoris Ven. Ludovici a Ponte *in vita Balthasaris Alvarez cap.* 41., quem plurimùm commendat etiam perspicax, & acer Episcopus Meldensis Bossuet *part.* 1. *mystic. in tuto posit. cap.* 21., & latiore calamo occurrens objectis, hæc omnia recenset, & declarat Reguera *in Theolog. Mystic. tom.* 2. *lib.* 5. *qu.* 3. §. 4. 5. *&* 6., ubi probat, *animam multa operari in hoc mystico somno, nec dari suspensionem omnis actus intelligendi, & amandi*. Ad quam sanè tutissimam Regulam *præfatis omnibus* nostri Ven. Dei Famuli *locis*, & *expressionibus* benè collatis, manifestissimum est, quòd *cessantibus* in ejusmodi ejus oratione, seu Divina contemplatione, *ratiocinativis discursibus*, nedùm *non cessabant*, quin imò *magis*, ex Dei *communicatione*, & majori *intelligentia practica*, jugiter, ac *summopere incalescebant* semper *ardentioris*, & *ardentissimi amoris actus*, seu *affectus*, & *effectus*, in tantùm, ut aliquando *reipsa sibi videretur* MORI PROPTER DICTUM AMOREM, ut *in cit.* §. 427., & latiùs suprà *pag.* 65. *in fin.* §. *Quartò &c.*

58 „ Quod si cui tamen aliquid negotii adhuc facessere pergat exadversò injecta „ addubitatio *cit. num.* 37. *de somno physico & materiali* (id quod = *gratis-* „ *simum fore*, addit Animadversio, *a Postulatoribus declarari, & illustra-* „ *ri*) Et in hoc sensu (licèt omnino *extra propositum* nostri Dei Famuli, & *ad abundantiam*) dicimus, quòd semel *exclusá* in præfato *somno* Dei Famuli *oratione meditativa*, seu *contemplatione acquisita* (de qua supra *num.* 51. *&* 52., & de qua *nullibi* in præallegatis *locis* nostri Ven. Dei Famuli *sermo est*, uti supra jam patuit ad evidentiam *a cit. num.* 52. *& seqq.*) in reliquis, nihil absoni, aut absurdi esse potest, si dicamus, *Contemplationem* INFUSAM, appositè *ad plures gradus* supra indicatos, & appositè ad respectiva DEI DONA *extraordinaria*, & maximè *per modum* GRATIÆ GRATIS DATÆ, posse utique etiam *in somno physico*, & *naturali*, etiam *profundo*, & *profundissimo*, ut supra, contingere.

59 Diximus = *exclusa meditativa oratione*, seu *contemplatione acquisita*; hæc enim in vero, ac perfecto somno physico *naturaliter* haberi non potest; idque non ex rationibus ex Aristotele, & Platone exadversò petitis *in cit. Animadv. num.* 36. (quæ Poetica potiùs, quàm Philosophica enunciata videri possunt) sed quia tunc *cessante*, ut diximus, *externorum, & internorum sensuum*, & *organorum motuum*, non quidem *vitalium, seu na-* (*t*) *turalium* (*t*) sed *motuum voluntariorum*, ut vocant, *officio*; nequit anima unita corpori prorsus liberum, & expeditum habere *ratiocinationis exercitium*; adeoque perfectus *rationis usus*, qualis in *meditativa oratione* per ratiocinationem est necessarius, *naturaliter* loquendo, hominem *vigilantem* requirit; ut de hac etiam Divinitùs dictum sit = *Vigilate, et orate*. Esto interim, *quoad non sunt prorsus*, ut supra, *ligati sensus*, aut aliàs etiam *per somnium*, possit *quædam*, sed tamen *imperfecta*, nec prorsus libera, *nec voluntaria* (nisi *in causa*, aut *prævia dispositione*) haberi *animæ* operatio.

60 Qui sunt nempe *adbuc* merè DORMITANTES, hi *nec sensibus benè utuntur, nec usu eorum omnino privantur, sed quasi in medio somni, & vigiliæ*

(*t*) Actiones *vitales*, & *naturales*, adeo *in somno* non cessant, ut imò, eodem tradente cl. Boerhaave *cit.* §. 590. *num.* 5. 6. *&* 7. = *Motus arteriarum, venarumque, & cordis sit fortior, lentior, æquabilior, plenior, idque per gradus diversos augendo, prout augetur somnus. Respiratio profundior, robustior, lentior, æquabilior &c. Itaque omnia, quæ ex his duobus fiunt, perfectiùs exercentur; proinde perfectio sanguini inducitur illa, quæ requiritur ad optimam circulationem, coctionem, secretionem, perspirationem, distributionem, nutritionem &c.* Quo loco latiùs cl. Haller *in Comment. a pag.* 285. *& seqq.*, & pleniùs, atque pleniffimè cl. de Gorter in seorsim edita *Differt. de somno, & vigilia, per tot.*

liæ, *res objectas obscurè percipiunt*, uti benè notat laudatus Alvarez *cit. lib. 5. part. 3. cap. 7.*, ad quem sensum S. Bonaventura *7. process. Religion. cap. 14.* = *Si jam Sponsi amplexibus* (inquit) *anima devota inhianter inhæret*, *incipit inter ejus brachia aliquo modo consopiri*, *sicut potatus nobili vino in soporem resolvitur &c.*, *sic tamen temperatè*, *ut nec plenè fuimet oblita*, *nec tamen verè compos sit sui*. Et in ordine AD SOMNIUM, optimè notat ipse doctissimus Animadversor *num. 35.* etiam = *Orationem contingere posse per somnium*, *seu per imaginem excitatam a bono orandi habitu*, *& a diurnis speciebus piæ menti in somno obversantibus*. Ut in *utrolibet* proinde *sensu*, mirum esse non debeat, si *perfecti Viri* jugi *orationis*, & *contemplationis* studio *dediti*, ea etiam *dormitantes*, atque etiam *in somno*, & profundo somno *repetant*, iterentque, quæ *vigilando* fuerant *meditati*
(u) *die*, *ac nocte* (u): *Anima enim dormiens vigilat* (inquit Cornelius a Lapide *in Cantic. cap. 2. vers. 2.*) *cum ita per diem sanctis meditationibus*, *affectibus*, *& amoribus se implet*, *ut noctu de iisdem somniet*, *imò dormiens eosdem iteret*, *ut faciebat Sanctus Franciscus Xaverius &c.*, *recurrunt enim in somnis diurnarum cogitationum imagines*, *sicut ex cytharæ pulsu resultat resonantia tinnientium fidium*, *quæ auditur cessante pulsu &c.*, quocircà SIGNUM PERFECTÆ VIRTUTIS EST, DE EADEM SOMNIARE, ILLAMQUE QUASI SOMNIANDO EXERCERE. Unde, & veteres Patres, & alii passim Viri religiosissimi *pro praxi* inculcant, ut dum cubitum itur, *in oratione*, & in *sanctis cogitationibus* quivis *indormiat*; & ipsa etiam

---

(u) Itaque Philo Judæus *de vitu contemplativa tom. 2. edit. Basileen pag. mihi 1203.* de Alexandrinis Therapeutis = *Perpetuam* (inquit) *habent Dei memoriam*, *ut ne in somnis quidem aliud eis obversetur*, *quàm imagines divinarum pulchritudinum*; *& sunt in his*, *qui somniando produnt præclaras sacræ Philosophiæ sententias*.

S. Ambrosius *lib. 2. de Virg. post init. relat. in lect. 6. in Breviar. Rom. ad diem 21. Novembris*, de B. Virgine ait = *Dormire non prius cupiditas*, *quàm necessitas fuit*; *& tamen*, *cum quiesceret corpus*, *vigilaret animas*; *qui frequenter in somnis aut lecta repetit*, *aut somno interrupta continuat*, *aut disposita gerit*, *aut gerenda prænuntiat*.

S. Hieronymus *in Epist. ad Eustoch.* = *Quanquam Apostolus orare nos semper jubeat*, *& Sanctis etiam ipse sit somnus oratio*: *tamen diversas orandi horas debemus habere*, *ut si forte aliquo fuerimus opere detenti*, *ipsum nos ad officium tempus admoneat*.

Cassianus *collat.* 10. *de Orat. cap. 9. super vers. Deus in adjutorium meum intende &c.* = *Hunc* (inquit) *versiculum meditanti tibi somnus irrepat*, *donec incessabili ejus exercitatione formatus*, *etiam per soporem eum decantare consuescas &c.*, *hunc meditaberis*, *secundùm præcepta Legislatoris Deuter. cap. 6.* = *sedens in domo*, *& ambulans in itinere*, *dormiens*, *atque consurgens*.

S. Basilius *in homil. 5. in Martyrem Julittum* ait = *Nec tu mihi noctem*, *ceu peculiarem*, *ac selectum temporis partem*, *totam addixeris sopori &c.*, *quin tu potius ipsam tibi dispertitor noctem in somnum*, *atque orationem*: *imò somni ipsi pietatis exercendæ meditationes quædam sint*. *Quæ enim nobis sopore depressis*, *ac solutis occursant*, *obversanturve imaginationes*, *consueverunt nescio quo pacto plurimùm contingere &c. ex curis quas tecum agitaveris interdiu*. *Tantisper enim dum vivitur*, *cujusmodi fuerint studia*, *exercitationesque nostræ*, *istiusmodi necesse sit insomnia se dormientibus nobis ingerant*.

Undè bene Jacobus Alvarez *lib. 5. par. 1. appar. 3. cap. 2.* illud explicans = *Oportet semper orare* = *secundùm Domini sensum magis reconditum*, *magisque sublimem &c. Hoc est* (inquit) *opus perfectorum*, *de quo in Domino gloriabatur Philoromus Presbyter apud Palladium* (*in Philor. num. 113.*) *cujus hæc fuit vox* = *Non memini*, *me unquam animo a Deo meo recessisse*. *Ita illi nituntur*, *quantum possunt*, *nec ad momentum a Deo cogitatione recedere &c.* Imò = *Intantùm solet hoc orandi studium occupare*, *ut in somnis etiam Deum cogitent*, *& verba amoris in ipsum ejaculentur &c.*, *& vim illius verbi Salomonis experiuntur Prov. 3. 24.* = *Si dormieris*, *non timebis*; *quiesces*, *& suavis erit somnus tuus*.

etiam quotidie in publicis precibus Deum rogat Ecclesia *in hymn. ad Complet. in Breviar. Rom.* ibi = *ut, pro tua clementia, sis præsul, & custodia, procul recedant SOMNIA, & noctium PHANTASMATA &c.*

61 Quod si hæc itaque *in somno* physico etiam *naturaliter* fiunt, ut *diurnæ species*, & *prævia phantasmata* suo *modo*, licèt *imperfecto*, operari possint *in anima*; idque ita & taliter, ut juxtà phrasim S. Hieronymi, = *Sanctis etiam ipse sit somnus oratio*; quia, ut notat Alvarez, *in somnis etiam in Deum verba amoris ejaculentur*, prout in specie de Alexandrinis Therapeutis, Philo etiam admonuit, quod = *ne in somnis quidem aliud eis obversetur, quàm imagines Divinarum pulchritudinum; & sint in his, qui somniando produnt præclaras sacræ Philosophiæ sententias*. Quidnam proinde absoni in eo esse potest, si *idipsum* multò *melius*, & *ordinatiùs* in anima fieri posse dicamus, DIVINA *operante virtute*, idque in *contemplatione*, non acquisita, sed desuper INFUSA per extraordinaria DONA *Spiritus Sancti*, tantòque magis *per modum* GRATIÆ GRATIS DATÆ, ut anima nempe, licèt physico sopore membra quiescant, *ipsa* tamen per merè *spirituales*, & *intellectuales* (atque adeo penitùs *immateriales*) *actus* in Deo vigilet?

62 Itaque benè, post alios, Cardinalis de Lauræa *in suis Opusc. de Oratione opusc.*8. *de Contemplat. infusa cap.*3. 4. & 5. inter differentias utriusque contemplationis *acquisitæ*, & *infusæ*, hanc præcipuam ponit, quòd = *modus operandi acquisitæ humanus est, ut sunt actus meditandi, credendi, sperandi &c.; at MODVS OPERANDI INFVSÆ EST SVPRA NATVRAM, tales enim contemplativi aguntur potius, quàm agunt; de quibus verificatur illud Apostoli ad Rom.* 8. = *QVI SPIRITV DEI AGVNTVR, ii sunt filii Dei. Nam A DEO abstrahuntur a consideratione aliarum rerum; AB IPSO rapiuntur, & applicantur ad intuitum objecti revelati, & amorem illius; & AB EODEM in ejus intuitu, & amore detinentur, QVANTVM DEO PLACET*. Id quod pluribus *exemplis* Mystici explicant; in quibus celeberrimum est illud diversimodè *irrigandi hortum*, aut *aqua* per proprium *laborem*, & industriam *ex puteo* hausta, vel a proximo *lacu*, aut *flumine* derivata, aut aliàs *sine propria industria*, per *pluviam de Cœlo*, quo exemplo utitur S. Theresia *in Vit. sua cap.*11., & Ven. Ludovicus a Ponte *in Vit. Balthasaris Alvarez cap.*14. §.2., ubi idcircò vocat = *genus quietæ contemplationis, labore carens, atque molestia, pluviæque instar labentis è Cœlo, quam infusam Tellus imbibit*; & Jacobus Alvarez *cit. lib* 5. *par.* 2. *cap.*13., ubi & ipse idcircò probat, hujusce *infusæ* contemplationis *desiderium* quidem *bonum* esse, *conatum* autem *superfluum*, atque *ridiculum*. Nam *potes* (inquit) *conatum adhibere, ut ambules, curras, & saltes &c., at ridiculum esset, si conareris more avium volare &c.; prout etiam vanum est, industria & labore conari ut pluat, & ut pluvia de Cœlo Terram irriges &c.* At pari modo = *Contemplatio perfecta, qua Deus intellectum sine discursu in uno fixum tenet, & elevatione suspensionis, admiratione, & delectatione sublevat, & amore non tam afficit, quàm succendit, volatus est, pluvia de Cœlo cadens est.*

63 Ubi & illud optimè advertit, quod ad hanc contemplationem = *licèt dispositivè, ut ajunt, nos aliquid agamus (quia reverà ad illud nos vitæ puritate, & multa abnegatione, & a terrenis abstractione paramus) tamen in ipso opere, QVOVSQVE A DOMINO ELEVEMVR, nihil possumus &c.; nam intellectum perfectè suspendere, & voluntatem charitate flammare, OPVS SPIRITVS SANCTI EST; quo AFFLATV SE SVBTRAHENTE, animus in visibilia recidit. Nec sensus est, quod intellectus, &*

voluntas non agant [*nam intellectus verè intelligit, & voluntas verè diligit*] *sed quod si a Deo* EXTRAORDINARIO *auxilio* NON AGANTUR, *hoc modo perfectò non agent*. Id quod pariter egregiè expendit Suarez *lib. 2. de Orat. cap. 12. num. 3.*, quia *licèt non per solam actionem suam mens elevetur in Deum*, *sed* PER ACTIONEM DEI IN IPSAM, adhuc tamen = *ejus sic* ELEVATÆ OPERATIO *non potest esse sine* ACTIONE PROPRIA *hominis*, *quia cum sit* VITALIS OPERATIO, *non potest in sola* RECEPTIONE *consistere*; & *num. 19.* ubi = *& in hoc sensu* (inquit) *intelligendus est Dionysius*, *quoties agit de illo gradu perfectionis*, *in quo anima sancta potiùs* PATITUR, *quàm* AGIT, *nam in illo statu non caret anima veris* ACTIBUS INTELLECTUS, VEL VOLUNTATIS.

64 Ut autem clariùs de hisce omnibus pateat, quatenùs pendent *ex Divina virtute*, sat est TRIPLICEM *Theologorum* CONCLUSIONEM, in memoriam doctissimorum Patrum revocare. *Prima* est, posse utique in hac vita, hominis *mentem a Deo elevari* ad perfectam usque *intelligentiam*, absque *externi*, *aut interni sensus cooperatione*; nam = *Quemadmodum potest homo ministerio sensuum*, *& phantasiæ*, *producere in se species objectorum omnium*, *quæ cognoscere voluerit*, *multò meliùs id poterit* DEUS *facere* SINE OPERATIONE PHANTASIÆ, ET SENSUUM, ut post alios apprimè monuit sa: me: Benedictus XIV. *de Servor. Dei Beatific. & Canoniz. lib. 3. cap. 43. num. 8.* exemplificans in *intelligentia* promanante a *scientia infusa*; de qua non raró sermo recurrit in nostris Causis. Licèt enim scientia *per se infusa* propria fuerit animæ Christi, attamen *infusam per accidens* aliis fuisse a Deo communicatam, & communicari admittitur *per modum actus*, ut cum D. Thoma notat Suarez *lib. 2. de orat. cap. 14. nu. 4.*, & de Salomone est *in lib. 3. Regum cap. 3.*, & de Adamo *in Genes. cap. 2. vers. 21. & seqq.*, ubi ait Glossa, ita *ei soporem* a Deo *immissum* fuisse, ut simul = *mens ejus &c. intrans in Sanctuarium Dei novissima intelligeret*; Certè siquidem Apostolus *ad Ephes. cap. 5. vers. 31. & seqq.* iisdem *relatis* Adami verbis = *Propter hoc relinquet homo patrem*, *& matrem suam &c.*, ait ibi = *Sacramentum hoc magnum est*, *in Christo*, *& Ecclesia*. Unde Rupertus Abbas = *Sopor* (ait) *quem Deus Adamo immisit*, *non claudere vigilias rationis debuit*, *sed obseratis quinque sensibus corporis*, *sensum mentis liberum reliquit*, *ut scire posset*, *quid erga se faceret omnium artifex sapientia*. Atque ita = *Fatentur omnes Theologi*, *non implicare contradictionem*, *elevari mentem hominis in hac vita ad genus contemplationis*, *in quo intelligibile contempletur sine ullius sensus cooperatione*, uti pluribus firmat Suarez *cit. cap. 14. num. 3.*, & rursus *cap. 18. & 19. per tot.* Adeoque in hac mentis elevatione, *per accidens* omnino se habet, utrùm homo *vigilet*, aut *dormiat*, imò utrùm id sibi *in corpore manenti* contingere advertat; prout in simili ejusdem Apostoli *elevatione*, seu raptu *usque ad tertium Cœlum &c. in Paradisum* (x) *ubi audivit arcana verba*, *quæ non licet homini loqui &c.*, ipse de se semel, atque iterùm expressè dixit Apostolus, *sive in corpore*, *sive extra corpus*, *nescio*, *Deus scit* = *2. ad Corinth. 12. v. 3. & seq.*

65 Se-

(x) Ex hoc ipso Apostoli *raptu*, seu elevatione *ad visionem Dei*, magis firmatur assumptum; nam = *Theologi passim admittunt* (ait idem sa. mem. Benedictus XIV. *cit. lib. 3. cap. 50. num. 5.*) *posse Deum via extraordinaria*, *& speciali privilegio hominem in hac mortalitate ad claram Dei visionem extollere*: *a lege quippe operandi*, *& cognoscendi operâ sensuum*, *Deus naturæ auctor*, *& Dominus*, *potest aliquem solvere*, *aut remorando sensus externos ne agant*, *aut dando intellectui lumen gloriæ per modum transeuntis*; prout in præfata visione Pauli *2. ad Cor. 12.*, & Moysis *Num.*

65 *Secunda* (eaque magis ad rem nostram) *certissima Conclusio* est, quod de *contemplatione* loquendo, in qua *tantùm* fiat *abstractio a sensibus externis*, durante *cooperatione phantasiæ*, seu *sensus interni*; & hæc utique nedùm *possibilis*, sed etiam *frequentissima* est in Sanctis Viris, ut ibidem prosequitur idem Suarez *a num.6. & cap.15. & seq.* Ita quidem, ut loquendo de abstractione a merè *actuali* operatione *externorum sensuum*, dum mens interiùs contemplatur cooperante phantasia; & ejusmodi *abstractio*, etiam *naturaliter* haberi possit, imò & maximè *consentanea* sit Divinæ *contemplationi*. Nam ex una parte, etsi *actus* sensuum *externorum*, necesse sit, ut *præcesserint* (quia ab his *externæ* species *in phantasiam* derivantur) tamen *cum actu mens interiùs colligitur*, non ampliùs indiget *actuali* cooperatione *sensuum externorum*, sed unicè *phantasmatibus* in sensu *interno*, seu phantasia jam *præexistentibus*: Ex alia verò parte, tunc *externorum* sensuum *operationes* a contemplatione potiùs *distrahunt* intellectum, cujus *attentio* exindè facilè *dissipatur*; unde & Sapientum consilio, potiùs instruimur *claudere sensuum fenestras*, ut *interiùs*, ac *attentiùs meditari* possimus, uti Dionysius admonet *in Myst.Theolog.*, & S. Gregorius *lib.5.Moral. cap.22.*, ubi = *Ad contemplanda* (inquit) *interna, nemo perducitur, nisi ab his, quæ exteriùs implicant, studiosè subtrahatur*. Atque adeo si hæc *abstractio* ab actuali *externorum sensuum* operatione, cuique (etiam *scientificè meditanti*) *naturaliter* potest accidere, cur non facillimè *ex DIVINA virtute* id fieri possit etiam *in somno*, ut *confortata* nimirùm, seu clarificata *Divinitùs* PHANTASIA, hæc *intellectui elevato* ad contemplationem desuper *infusam* cooperari possit, absque ulla prorsus *externorum* sensuum *actuali* cooperatione?

66 Si verò de *abstractione* loquamur, quæ sit *vera Extasis*, quæque non semel, aut bis, sed frequentissimè Sanctis Viris usuvenire solet *in fervida* contemplatione *amoris*, quæ (Dionysio teste *cap.4. de Divin. nomin.*) *Extasim facit*; & in hac porrò certum est, quòd nedùm *sensus externi* cum phantasia *non operantur*, ut imò *pro eo tunc* nec etiam *operari possint*, nec per externa *objecta*, quantumvis vehementia valeant *excitari*: Et in hoc est differentia hujus *infusæ* Contemplationis *a contemplatione acquisita*, uti notat fa: me: Benedictus XIV. *cit. lib 3. cap.26. num.7.*, quòd = *in acquisita contemplatione raro accidat extasis, seu* PERFECTA ALIENATIO A SENSIBUS, *ea tamen* SÆPE *accidat in* INFUSA. Undè fit, quod quamvis ea

Num. cap.12. & Exod. cap.33., verosimiliùs usuvenisse credidit S. Augustinus *lib.12. de Genes. ad litt.*, & D. Thomas *port.1. quæst.12. art.11. ad 2.*, *& 2. 2. quæst. 175. art.3 & 4.*, ubi idcirco nedùm *intellectum* cooperari significat *sine sensibus*, ut imò *impossibile* sit, animum videntis Deum, *pro tunc* aliquid *per sensus externos*, vel *internos* cognoscere, uti Suarez observat *cit. cap.14. num.4.*

Esto interim Deum non ita clarè viderint Moyses, & Paulus, perinde ac Beati vident, quasi & ipsi facti Beati fuissent, sed *ita*, ut eorum *visio* media *inter* visionem *Beatorum*, & visionem aliorum *Prophetarum* fuerit, nec ea permanens, sed *transiens*, uti ex Angelico bene notat idem Benedictus XIV. *loc. cit.*, & esto rursus, hic ipse *modus operandi* sit omnino *supra naturam*, ut expressè adnotat etiam Suarez *cit. cap.14. num.4. & 5.* Hoc unum semper est ad rem nostram, in hujusmodi elevatione *per accidens* esse, utrùm homo *vigilet*, aut *dormiat*. Eadem siquidem, & ineluctabilis præfatæ Conclusionis ratio est, de qua Suarez *cit. cap.14. num.3.*, quod nimirùm = *necessitas cooperationis phantasiæ*; dum intellectus noster operatur, non est tam *essentialis*, vel *intrinseca*, ut *repugnet* impediri *Divina virtute*. Nam *cooperatio phantasiæ est realiter distincta ab operatione intellectus, & non est causa per se illius, sed ad summum solet esse occasio, vel excitatio quædam ex parte objecti, & sæpe est potius quasi effectus; nam postquam intellectus jam est informatus specie abstracta a phantasmatibus, & illa utitur, secum rapit imaginationem ad cooperandum; neque alius modus dependentiæ ibi excogitari potest.*

quoque *abstractio*, de qua diximus *in num. præced.*, *aliqualis extasis* dici possit (quam etiam facit *Divinus amor*; quia quærit modum, quò liberiùs, & quietiùs Deo fruatur, ad quod juvat *actualis* suspensio *externorum* sensuum) adhuc tamen ea tanti non est, nec ita animam rapit in Deum, ut *sensus externos quodammodo* penitùs *relinquat*, ita ut *nihil percipere valeant*, *dum illa mentis elevatio durat*; id quod unicè facit *amor valde perfectus*, & *extaticus*, ut cum S. Bernardo *in lib. de præcept. & dispens.*, S. Bonaventura *de sept. itinerib. ætern. dist.4. art.4.*, & passim aliis, optimè notat Suarez *cit. lib.2. cap.15. num. 8. & 10.*

67 Sive autem *semel positâ gratiâ contemplationis*, ex illa *naturaliter sequi* dicenda sit hujusmodi *extasis*, sive potiùs *ex nova gratia* insuper addita (qua de re disputant Theologi) *utrumlibet* dicatur; hoc unum est ad rem nostram, quod *semper* ipsa *suspensio*, & *extasis* inter DONA *gratiæ* est computanda. Ut *nulla* proindè *implicantia* in eo esse possit, quòd ex DIVINA *virtute* operari possint *intellectus*, & *phantasia* supernè *elevati*, sive interim *externi sensus* ab *extasi*, sive a *somno* physico, & naturali *ligati* maneant, & *impediti*. Maximè quod = *hæc eadem Divina extasis a Deo immitti potest*, *nulla præcedente hominis meditatione*, *seu consideratione*, ut exemplo *Genes. cap.2.* (ubi sic = *Immisit Deus soporem in Adam*) & *plurimis* allegatis *in hac materia Scribentibus*, egregiè firmat in nostris Causis prælaudatus sa: me: Benedictus XIV. *cit. lib.3. cap.49. num.4.* Porrò autem *de sua oratione* in somno *utrumque* semper *expressè dixit* noster Dei Famulus, tum quòd esset scilicet *affectiva oratio*, seu *contemplatio amoris*, & *ferventissimi amoris*, in tantùm *ut reipsa aliquando se mori crederet propter dictum amorem*, ut supra *num.51.*, tum quòd non naturaliter hæc sibi contemplatio *in somno* contingeret, sed *semper* utique, atque unicè *ex* DONO *supernæ gratiæ* = QUANDO DEUS CONCEDIT *hanc gratiam* = *quando* DIOS LA DA', ut supra *cit. num. 51. 53. &c.*

68 Potissimè etiam *in Facto* insuper addendo, quòd *tunc* ut plurimùm, nostri Dei Famuli *contemplatio* non erat a *cœlestibus* etiam *visionibus*, ac *revelationibus* omnino disjuncta, uti supra jam vidimus *num.56.*, ibique *in not. litt. c.*, & prout idipsum sæpe in *infusa* contemplatione usuvenire notant Mystici, atque Theologi, apud eundem sa: me: Benedictum XIV. *cit. lib.3. cap.26. num.7.*, ubi id etiam ad differentiam acquisitæ esse dicit, quòd = *Cum per acquisitam non agnoscantur alia objecta*, *nisi ea*, *quæ antea per fidem erant credita*, viceversa = *per infusam Deus non solùm ea ostendat*, *quæ antea fuerant credita*, *sed vel ea ostendat cum novis circumstantiis*, & *perfectionibus*, *vel nova objecta revelet*, *novas eorum species infundendo &c.* uti testantur *B. Angela de Fulgineo*, *S. Theresia*, *S. Petrus de Alcantara*, *S.Jo: de Cruce &c.* Undè porrò magis patet, hæc aut in ordine ad *substantiam*, aut in ordine saltèm ad *modum*, ad *gratias* GRATIS DATAS reduci oportere, quas tantò magis *in somno* etiam *physico*, & *naturali* posse contingere, nemo dubitat; & *plurima* sunt, & *ineluctabilia*, quæ idipsum *exempla* comprobant, tum *ex veteri*, tum *ex novo Testamento*, ut in subje-
(y) cta *not. litt.y.* =

(y) De Iacob est *in lib. Genes. cap.28. vers.11. & seqq.*, quòd = *Dormivit &c. viditque in somnis scalam stantem super terram*, *& cacumen illius tangens Cœlum*, *Angelos quoque Dei ascendentes*, *& descendentes per eam*: *& Dominum innixum scalæ*, *dicentem sibi* = *Ego sum Dominus Deus &c. Terram*, *in qua dormis*, *tibi dabo*, *& semini tuo &c. & ero custos tuus &c.*; *Cumque evigilasset Jacob de somno*, *ait* = *Verè Dominus est in loco isto* =
In quem locum S. Ambrosius *lib.3. Epistolar. ad Anysium Epist.21.* = *Est* (inquit) *San-*

69 *Hæc ipsa* enim *tertia* deniquè *certissima Conclusio* est, quòd = *licèt verum sit, contemplationem a Donis elici Spiritus Sancti, eaque dona veram Charitatem, & gratiam gratum facientem comitari, adhuc tamen certum non est, contemplationem quantumvis sublimem, imò quæ usque ad extases, & raptus, visiones, locutiones, revelationes &c. procedat, a Charitate, & donis dimanare; POTEST ENIM ORIRI AB ALIQUA GRATIA GRATIS DATA, quæ reducitur ad Donum Prophetiæ*, ut cum aliis expresè admonet Jacobus Alvarez *cit. lib.5. part.2. cap.4. §. ult.* Tunc autem quomodo ab *intellectu* ea cognoscantur, eique *repræsententur*, nemo ignorat *tripliciter posse contingere*, ut cum D. Thoma 2. 2. *quæst.173. art.2.*, *& quæst.174. art.2. & 3.*, egregiè prosequitur sa: me: Benedictus XIV. *cit. lib.3.cap.45. num.4.* Primò scilicet = *Secundùm EXTERIOREM SENSUS PERCEPTIO-*

ctorum etiam somnus operarius, secundùm quod scriptum est = Ego dormio, & cor meum vigilat; & secundùm quod Jacob Sanctus divina dormiens videbat mysteria, quæ vigilans non viderat, de Cælo ad Terras aerem pervium Sanctis, respicientem Dominum, & pollicentem terræ ejus possessionem. Itaque brevi somno dormiens impetravit, quod magno labore postea acquisivit hæreditas ejus.

Et rursus idem Iacob *Genes. cap.31. v.10. & seqq.* = *Vidi in somnis* (inquit de conceptu ovium) *ascendentes mares super feminas; dixitque Angelus Dei ad me in somnis; Jacob; & ego respondi: Adsum. Qui ait: leva oculos tuos, & vide universos masculos ascendentes super feminas, varios, maculosos, atque respersos; Vidi enim omnia, quæ fecit tibi Laban: Ego sum Deus &c. egredere de terra tua &c. Surrexit itaque Jacob, & impositis liberis, ac conjugibus suis super camelos, abiit.* Et infra *v.22. & seqq.*, ubi cùm ipsum persecutus esset *Laban diebus septem*, hic = *Vidit in somnis dicentem sibi Dominum: Cave, ne quidquam asperè loquaris contra Jacob. Et cap.46. v.1. & 2. &c.*

Et de Salomone *lib.3. Reg. cap.3. vers.5. & seqq.*, ubi = *Ei apparuit Dominus per somnium nocte dicens: Postula quod vis, ut dem tibi. Et ait Salomon &c. Dabis servo tuo cor docile, ut populum tuum judicare possit, & discernere inter bonum, & malum &c. Placuit sermo coram Domino &c., & dixit Salomoni: quia postulasti &c. tibi sapientiam; ecce feci tibi secundùm sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens, & intelligens, in tantùm ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit &c.*, & post locutionem Dei *ibid. vers.15.* = *Igitur evigilavit Salomon, & intellax ? quòd esset somnium &c.*

Et in Lib. Job *cap.4. vers.13. & seqq.*, ubi de se ipso refert, quòd = *In horrore visionis nocturnæ &c. stetit quidam, cujus non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis &c.*, & *cap.33. v.14. 15. 16.*, ubi = *Semel* (inquit) *loquitur Deus &c. Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplinâ.*

Et Hieremiæ *cap.23. vers.28.* ibi = *Propheta qui habet somnium, narret somnium, & qui habet sermonem, loquatur sermonem meum.* Et *cap.31.*, ubi celeberrima *prævisio*, ac *prædictio* (qua sub typo *liberationis Israelis ex Ægypto &c.* symbolicè describuntur bona *novi Testamenti*, & *Ecclesiæ*) *in somno* fuit, ex *vers.26.*, ubi = *Ideo quasi de somno suscitatus sum* (inquit) *& vidi, & somnus meus dulcis mihi*, ut cum Rabano, Hugone, Lyrano, & Vatablo notat a Lapide *in Comment. ad hunc loc.*

Et in novo Testamento, apud Matth. *cap.1. vers.20. 21. ibi* = *Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens &c. Noli timere accipere Mariam Conjugem tuam*; & *vers.24.* ubi = *Exsurgens Joseph a somno fecit sicut præcepit ei Angelus Domini.* Et *ib. cap.2. vers.12.* = Magi, *responso accepto in somnis, ne redirent ad Hærodem, per aliam viam reversi sunt &c. Qui cum recessissent* (*ib. vers.13.*) *ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum &c.*, & infra *ib. vers.19.* = *Defuncto Hærode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto, dicens: Surge, & accipe puerum, & vade in terram Israel*; & *vers.22.* = *Admonitus in somnis secessit in partes Galileæ &c.*

Et de Apostolo D. Petro *a carceribus* per Angelum educto *Act. cap.12. v.6. & seqq.* = Dum *erat dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus &c.*, & *nesciebat quid verum est quod fiebat per Angelum; existimabat autem se visum videre*; donec prorsus eductus extra Civitatem = *Nunc scio verè* (inquit) *quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Hærodis &c.* Et de Apostolo D. Paulo plura *in somnis* videre est *ibid. Actor. cap.16. vers.7. & seqq.*, *& cap.18. vers.9.*, *& 10.*, & alibi similia.

PTIONEM, *ut si oculis corporeis aliqua spectacula appareant*, *vel auribus voces percipiantur*, *& inde species transeant ad imaginationem*, *& intellectum*. Secundo modo *PER SENSUM INTERNUM*, *quando*, *etsi foris nihil apparuerit*, *aliqua imaginationi repræsentantur*, *& inde transeunt ad intellectum* (*sive hoc contingat infundente Deo imaginationi novas omninò species*, *quarum objecta neque oculus vidit*, *neque auris audivit*, *sive novo modo ordinando eas, quæ in ea per habitum existunt a sensibus accepta*) Tertio modo = *secundùm REPRÆSENTATIONEM omninò INTELLECTUALEM*, *cum Deus sine motu*, *& ope sensuum internorum*, *vel externorum*, *novas species intelligibiles in intellectu producit*, *vel antiquas a sensibus acceptas ita modificatur atque disponit*, *ut sine opera phantasmatum veritatem intelligibilem repræsentent*; notabiliter subdens, quod = *Cum cognitio eò sit perfectior*, *quò magis a sensibus abstrahitur*, *hinc fit*, *ut perfectissimus modus sit Tertius*, *in quo cum sensu nulla est communicatio*; *medius sit*, *de quo secundo loco habita est mentio*, *& infimus*, *de quo primo loco locuti sumus*.

70 Ex his autem, *primo* illo, seu *infimo modo* prætermisso (qui *actualem* utique *externorum sensuum*, ad quos *objecta* determinantur, *usum* requirit) reliqui *duo modi*, hoc est *medius*, & *tertius*, utique *perfectior*, & *perfectissimus*, visionis, apparitionis, locutionis, & respectivæ auditionis loquelæ Dei, revelationis &c., adeo *in somno* etiam *physico*, & naturali *ex* DIVINA *virtute* fieri non repugnant, ut imò *pleraque* utriusque Testamenti *exempla* (in præfata nota relegenda) *in somno* etiam *physico*, & *naturali* contigisse, non sit ambigendum. Et certè *primum* illud (quod ab ipsa primi hominis formatione, & primæ mulieris, nobis Deus extare voluit) *exemplum*, utrumque *modum* comprehendit, in Sacra Genesi *cap.2. vers.21. & seqq.*, ubi = *Immisit Dominus Deus soporem in Adam*; *cumque obdormisset*, *tulit unam de costis ejus*, *& replevit carnem pro ea*; *& ædificavit &c. costam &c. in mulierem*; *& adduxit eam ad Adam*: *dixitque Adam* = *Hoc nunc os ex ossibus meis*, *& caro de carne mea &c.*, *quamobrem relinquet homo Patrem*, *& Matrem &c.*, *& adhærebit uxori suæ*, *& erunt duo in carne una*.

71 Hoc enim loco in Hebraico, & LXX. = *gravem*, *& profundum somnum* legi, notat cum Epiphanio *hæresi* 47., Hieronymo *in quæst. in Genes.*, aliisque Patribus communiter, & D. Thoma *part.1. qu.97. art.2. arg.2.* Cornelius à Lapide; *unde patet* (inquit) *non tantùm somnum hic Adæ immissum esse ad hoc*, *ne sentiret costam sibi detrahi*, *itaque exhorresceret*, *& doleret*, *sed etiam simul cum somno eum raptum esse in extasim mentis*, *qua mens ejus non tantùm naturali modo soluta*, *& libera erat a corporis*, *& sensuum functionibus*; *sed & divinitùs ita elevabatur*, *ut videret ea*, *quæ gerebantur*; *& spiritu Prophetico cognosceret mysterium per ea significatum &c.*, *nempe Matrimonium*, *tum suum naturale cum Eva*, *tum mysticum Christi cum Ecclesia*; ut ex præfatis Adæ verbis = *hoc nunc os &c.*, juncto Apostolo *in Epist. ad Ephes. cap.5. vers.32.* (ubi relatis iisdem Adæ verbis = *Propter hoc relinquet homo Patrem*, *& Matrem suam &c.*, subdit = *Sacramentum hoc magnum est &c.*) prosequitur S. Augustinus *lib.9. de Genesi ad litt. capit.19.*, & fusè *tract.9. in Joannem*, & cum aliis S. Bernardus *serm.2. de Septuagesima*, & est notissimum.

72 „ Hinc autem *manifestissima* hactenus *dictorum differentia* est a *duabus* Quie-
„ tistarum *Propositionibus 25. & 62.*, quas, inter alias, Ven. Innocentius XI.
„ *die 20. Novembris 1687.* expressè damnavit; & quas in re, de qua agi-
„ mus, *longè ablegandas*, bene monendo concludit Animadversio *cit. n.37.*

73 Cum enim *ipsissimis SS.* Patrum, & Mysticorum *terminis*, seu *expressionibus*, sed in *alium sensum*, & ad *alium* longè *diversum finem*, seu *intentum*. ipsi

ipsi etiam *Pseudomystici* jugiter *abuti* non prætermiserint, uti signanter in subjecta *materia Contemplationis* usque a sæculo 14. fecerunt *Beguardi*, & *Beguinæ*, quorum errores, & spurcitias sæculo 16. adoptarunt *Illuminati*, & utrorumque jam prædamnata dogmata, cum fœnore majoris nequitiæ, renovarunt sæculo 17. nefarii *Quietistæ*, duce *Michaele de Molinos*, cujus proinde 68. *Propositiones* juremeritò Ven. Innocentius XI. ut supra damnavit, eò quia *constitit* (ut ipsemet ait *in sua Constit. Cœlestis Pastor* §. *Cum igitur*) *talia* = *Michaelem de Molinos prava dogmata, tum verbo, tum scripto docuisse, & in praxim deduxisse, quæ* PRÆTEXTU ORATIONIS QUIETIS, CONTRA DOCTRINAM, ET USUM A SS. PATRIBUS AB IPSIS NASCENTIS ECCLESIÆ PRIMORDIIS RECEPTUM, *Fideles a vera Religione, & a Christianæ pietatis puritate in maximos* ERRORES, *&* TURPISSIMA QUÆQUE *inducebat*; quorum

(z) porrò pravorum *dogmatum* (z) quædam *veluti summa* erat, debere hominem *Potentiarum* suarum *activitatem cohibere*, & se Deo *resignando*, omnem *de se curam abjicere*, & manere *in quiete*, nil ultra *curando* non de *inferno*, non de *paradiso*, nec etiam de *propriis defectibus*, imò nec de *tentationibus*, nec *carnis rebellionibus* quibuscumque; quæ, posità dicta *resignatione*, Deo *magis uniant*; itaque *commentum* esse *tres illas* aliorum *contemplativorum* vias, *Purgativam*, *Illuminativam*, & *Unitivam*; *mortificationem* quippe rem esse prorsus *inutilem*, atque *superfluam*, ideoque *abjiciendam*; prout etiam *Orationem*, *qua quidpiam petatur*, & *exercitia virtutum*; quia nimirùm, uno verbo, *resignato* Deo *libero arbitrio*, eidem est *relinquendum*, ut *de nobis*, & *in nobis* faciat *sine nobis* suam Divinam *voluntatem*.

74 Patet itaque, a quibus *principiis*, & in quo *sensu* procedat exadverso inculcata *Propositio* 25. = *Etiamsi superveniat somnus, & dormiatur, nihilominus fit oratio, & contemplatio actualis; quia oratio, & resignatio idem sunt, & dum resignatio perdurat, perdurat & oratio*. Cum enim, juxta præfata principia, *oratio*, & *contemplatio* ab his Pseudomysticis in mera *resignatione*, & inde secuta *passiva quiete* animæ (id quod *statum amoris* vocant) reponatur; hinc fit, ut *quoties* ea *resignatio* NON REVOCETUR (prout cer-

(z) Hæc *summa* ex primertis nonnullis *Propositionibus* apertè colligitur, quæ sunt ibi, *Prop.* 1. *Oportet hominem suas potentias annihilare, & hæc est via interna*: nam, ut subdit *Prop.* 2., *velle operari activè est Deum offendere, qui vult esse ipse solus agens, & ideò opus est seipsum in Deo totum, & totaliter derelinquere, & postea permanere velut corpus exanime*. Ideoque, ut explicat *Prop.* 4. *Activitas naturalis, est gratiæ inimica, impeditque Dei operationes, & veram perfectionem; quia Deus operari vult in nobis sine nobis*; undè porrò sequitur *Prop.* 7., quòd = *non debet anima cogitare nec de præmio, nec de punitione, nec de Paradiso, nec de inferno, nec de morte, nec de æternitate*; ideòque, ut ulterius habet *Prop.* 38. *Crux voluntaria mortificationum pondus est infructuosum, & ideo dimittenda*: hinc *Prop.* 26. *Tres illæ viæ Purgativa, Illuminativa, & Unitiva sunt absurdum maximum, quod dictum fuerit in Mystica*: & *Prop.* 14., ubi proinde = *Qui Divinæ voluntati resignatus est, non convenit, ut a Deo rem aliquam petat*. Imò *Prop.* 35. *non convenit animabus hujus viæ internæ, quod faciant operationes etiam virtuosas ex propria electione, & activitate, aliàs non essent mortuæ, nec debent elicere actus amoris erga B. Virginem, Sanctos, aut humanitatem Christi &c.* Nam *Prop.* 36. = *Nulla Creatura, nec B. Virgo, nec Sancti sedere debent in nostro corde, quia solus Deus vult illud occupare, & possidere*: ex quibus porrò omnibus capitale tandem meræ *passivitatis* (ut ipsi dicunt) sed reverà *liberrimæ activitatis* sensualis *concupiscentiæ* absurdum se prodit in *Prop.* 17. = *Tradito Deo libero arbitrio, & eidem relicta cura, & cogitatione animæ nostræ, non est amplius habenda ratio tentationum, nec eis alia resistentia fieri debet, nisi negativa, nulla adhibita industria; & si natura commovetur, oportet sinere, ut commoveatur, quia est natura*, & his plura, & enormia in hoc genere, videre est *Prop.* 41. 42. 46. 47. 48. *& seqq.*

ut certè *in somno* non revocatur) toties *eadem* ORATIO (ut ipsi vocant) *PERDVRARE* intelligatur, ut nobiscum ad rem pariter advertit Meldensis Episcopus Bossuetius *in Instructionib. super statib. Oration. lib. 1. num. 15. & 16.*, ubi quod hæc est = *Una massima del Quietismo*, quod *ancorchè nell' orazione sia uno TALMENTE DISTRATTO, CHE NE ANCHE SI RICORDI DI DIO, dicono, che è una debolezza, ed inquietudine viziosa il RINOVAR L' ATTO D'AMORE; perchè NON ESSENDO LA DISTRAZIONE VN RIVOCARLO, egli ha SEMPRE DVRATO, benchè distratto si fosse*; ideoque = *neppur col sonno s'interrompe*. Imò hoc modo sibi etiam *usurpare* posse credunt, quæ *sanctis animabus* etiam *in somno* possunt accidere *ex Divina virtute*, etiam *supra*, *& præter naturam*; uti prosequitur laudatus Auctor, ubi = *Quindi è* (inquit) *che colei, che scrisse il modo breve interpretando il Cantico de' Cantici, trovò, che le anime assai avvanzate nell'orazione passiva, o di quiete, provano una cosa mirabile, che ciòè la notte hanno solamente un mezzo sonno, e pare, che Iddio più operi in loro in tempo di notte, e del sonno, che di giorno: NON ATTRIBVISCE PERO' QVESTO AVVENIMENTO AD VNA GRAZIA STRAORDINARIA, E MIRACOLOSA* (uti SS. Patres, & Mystici, atque Theologi, & *expressè* etiam *de se dixit* noster Dei Famulus = *quando Deus concedit hanc gratiam*, = *quando Dios la dà*, ut supra) *ma pensa che sia un effetto dell' avvanzamento in certi stati d'Orazione; IL CHE E' VNA CONSEGVENZA di quel che aveva detto al principio, che ciòè QVEST' ATTO SVSSISTE SEMPRE, E IN TVTTE LE COSE.* Id quod a mente SS Patrum, Mysticorum, Theologorum, & ipsius etiam Ven. Dei Famuli longissimè (aa) abludit, ut *in facto*, & *in jure* superiùs a nobis est demonstratum (*aa*)

75 Et hinc longè pariter a nobis abludit altera exadversò inculcata *Proposit. 62.* = *Per viam internam pervenitur ad statum continuum immobilem in pace imper-*

(*aa*) *In facto* siquidem supesiùs apparuit, *Orationem* Dei famuli non *otiosa*, aut *via* imaginationis *somnium* fuisse, sed *admodum profundam Orationem*, & *supremam* (ut ipsemet vocat) *contemplationem*, in qua *impensatè*, & *in instanti*, quodam veluti *somno*, & profundo somno *correptus*, inveniebat *se positum*, *& constitutum cum Deo suo*, solum *cum solo*, in qua *solitudine*, illius *divina presensia* intimè commotus, *admiratione*, *reverensia*, & *gaudio* erat *affectus*; & quamvis in ea contemplatione *cessarent discursus mentis* (quia jam *secum habebat* illud, quod *eum discursu quærere* solitus erat, nempe *Deum*) non tamen cessabant *serventissimi voluntatis actus*, seu *affectus* coram ipso *Deo*, in cujus *conspectu* magna cum *quiete*, *amore*, & *suavitate* existebat, & *cum eo* sua *negotia tractabat*, eoque intimè *fruebatur*, cujus ardentissimo *amore* totus *occupabatur*; & intantùm hujus flagrantissimi *amoris actus*, seu affectus *incalescebant*, & excrescebant *effectus*, ut sibi videretur *aliquando* reipsa *mori propter dictum amorem*.

In jure autem: quia præter alia suis in locis superiùs adducta de variis *gradibus* hujusce *Contemplationis*, deque *non intermissis* in ea *voluntatis actibus*, seu *affectibus* (contra id, quod de sua *passiva oratione quietis* nefasii Pseudomystici obtrudere conabantur) unum hoc loco fas sit superaddere Ven. Ludovicum a Ponte, qui, appositè ad præfatam praxim nostri Ven. Dei Famuli, hujusmodi *gradus* explicans in Vita P. Balthasaris Alvarez *cap. 14. §. 1.* = *Tunc* (ait) *mens divino lumine sine ulla ratiocinatione imbuitur, Deumque ita præsentem aspicit, sibique aut propinquum, aut intimum, ut videatur ipsa sibi eum percipere, quem affatur, & cui tunc adest*; *quod de Moyse Paulus affirmat* = *Invisibilem (inquiens) tanquam videns sustinuit. Ex quo, natura veluti ductu, ita subeunt reverentia, & admiratio, prona voluntas, voluptas, & gaudium sistendi se coram ipso, quasi quisquam vultum alicujus hominis, aut imaginem forma præstantem aspiciat, quam cum admiratione simul, ac voluptate tantæ pulchritudinis contemplatur*. Hinc *alio vocabulo* (hæc eadem *contemplatio*, ut subdit) *dicitur QVIETIS, aut VACATIONIS INTERNÆ: cessat enim imaginum, & cogitationum multitudo, varietas, atque tumultus, superioresque animi faculta-tes*,

perturbabili. Hæc enim Conclusio ab eodem *falsò principio* ortum habet de *totali* resignatione *liberi arbitrii*, & *annihilationis* omnium *potentiarum animæ*, earumque *activitatis*, absque *ulla* ampliùs *cura* neque *pœnarum*, neque *præmii*, neque *virtutum*, neque *defectuum*, & *tentationum*; ex quo certè principio pervenitur *ad statum continuum immobilem* (sed internæ cœcitatis) *in pace* (sed falsa utique, & insensata, ideoque) *imperturbabili*; nec enim aliter præmittere poterat *Propositio* 57. = *Per Contemplationem acquisitam pervenitur ad statum non faciendi ampliùs peccata, nec mortalia, nec venialia*; ideo quia, ut explicat *Proposit.* 58. = *ad hujusmodi statum pervenitur non reflectendo ampliùs ad proprias operationes; quia defectus ex reflexione oriuntur*; idque ita & taliter, quòd *ex Proposit.* 60. = *Animabus provectis, quæ reflexionibus mori incipiunt*, id etiam accidat, quod = *eò etiam perveniunt, ut sint mortuæ &c.* (uti sunt reverà ad Divinam gratiam) *& ideo de hujusmodi animabus, non est bonum in tali casu ad Sacramentum pœnitentiæ accedere, quia id est in illis impossibile*. Ad hæc itaque correlativus est *status continuus immobilis in pace imperturbabili* (utique meræ perversitatis) Adeoque nihil omnino commune habet cum casu nostro, ut patet.

76 Quod si nihilominus hic *status continuus immobilis* ad ea traduci velit, quæ *Sanctis Viris* etiam *in somno* accidere, Patres, & Mystici adnotarunt, a nobis supra relati, de quibus itidem advertit laudatus Meldensis Episcopus Bossuetius *loc. cit. lib.* 6. *num.* 50. signanter = *di Clemente di Alessandria, di Cassiano, di S. Agostino medesimo, e di altri spirituali antichi, e moderni, i quali parlando del sonno de' giusti, pare, che dicano, che i loro esercizj non sono da quello interrotti*: Et id porrò, de *relicta* quadam *veluti impressione* loquendo, aut *de diurnis speciebus* per noctem *in somno obversantibus*, utique etiam *naturaliter* accidere verum est. = *è vero, che in un certo senso ne resta anche dormendo l'impressione*, ut bene subsumit laudatus Auctor; quodque hoc est = *una disposizione comune a tutti coloro, che occupati fortemente in qualche oggetto, pare che giorno e notte ne sian sempre ripieni*. At id tamen *de illis exercitiis* intelligi nequit, quæ *expeditum discursum*, & *perfectum usum rationis* præsupponunt; hæc enim *in somno* fieri *naturaliter* omninò non possunt, uti nos alibi superiùs advertimus *num.* 59., & nobiscum idem Bossuetius prosequitur *loc. cit.*, ubi & ipse tandem ad rem excipit = *Se ciò*

tet, memoria, intellectus, & voluntas, in Deum, Divinorumque Mysteriorum contemplationem, summa suorum actuum requiete, ac tranquillitate coeunt, & figuntur &c.

Et hinc *rursum ORATIO SILENTII nominatur: in ea namque loquitur Deus, & anima silet, eaque excipit peratteutè, quæ ipse intimè Divinus preceptor eloquitur: quæque de se, suisque mysteriis ipsi indicat, & explanat &c. Rursus hoc ipsum audire, silentium idcircò vocatur, quia tunc res omnes procreatæ in animo conticescunt, neque quidquam est, quod illi quietem adimat, molestiamque facessat.*

Idcirco *etiam SOMNUS sacris in Canticis appellatur: ita enim cor vigilat, atque ad cognoscendum, amandum, complexandumque Deum erigitur, ut animus quodam modo ad exteriora dormitet; neque ea, quæ loquuntur alii, extràque aguntur, audiat, videat, intelligat. Huic proindè (contemplationi) meritò etiam conjunctionis, sive, ut ajunt, UNIONIS nomen est: etenim animus, ex cognitionis, amorisque amplitudine Deo perquàm arctè conjungitur: estque, ut Paulus inquit, unus Spiritus cum eo, nesciens inde avocari tunc aliò ad rem uspiam ullam optandam, quærendam, amandam; illud cum Sponsa pronuncians = Inveni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam.*

Ex quibus porrò manifestissimè apparet, quàm *actuosa* Oratio, seu *Contemplatio* sit *somni mystici*, & Catholicæ *quietis, unionis*, atque *silentii*; & quomodo inter *multiplices* hujusmodi *internarum* potentiarum *actus*, & *affectus*, eadem valeat *contemplatio* etiam *ad horas* (ut in casu nostro) & aliàs *juxta Dei beneplacitum*, perdurare; qua in re bene item Alvarez *lib.* 5. *part.* 2. *cap.* 13., & Suarez *lib.* 2. *de Orat. cap.* 10. *numer.* 12. *&* 13.

non fosse in qualche sonno MANDATO DA DIO, come fu quello di Salomone. Id enim tunc *ex Divina virtute* est, & sive in ordine *ad substantiam*, sive in ordine *ad modum*, est omnino *supra, & præter naturam*; Id quod *Divinæ* virtuti *repugnare*, nemo dixerit; *eique* id unicè *extra ordinem* operanti esse *tribuendum*, cum aliis ipse etiam expressè dixit noster Dei Famulus = *QVANDO DEVS CONCEDIT HANC GRATIAM*: = *QVANDO DIOS LA DA*. At id tamen a *Quietistarum* sensu, & *intento*, ut supra, abest quàm longissimè.

77 Quod nunc itaque *superest* de nostro Ven. Dei Famulo. ex hactenùs latè perpensis *concludendum*, illud est, quod cum *longè alia* fuerint ejus *principia* in ordine ad *orationem*, sive ea spectemus, quæ ipse *de TRIPLICI VIA PVRGATIVA, ILLVMINATIVA, & VNITIVA* luculentissimè *scripsit*, & *in seipso* adamussim *expertus est*, uti supra jam vidimus *pag.42. a num.18.* sive ea, quæ simul expressè dixit, & tradidit de *indivisibili ORATIONIS Comite MORTIFICATIONE*, & conjuncto, ac necessario *utriusque exercitio*, itaut *cum una* sine *altera* ex his *duabus alis* anima *ad Deum*, & ad *perfectionis* culmen *evolare* non possit; id quod ipse pariter *in se* jugiter *expertus est*, ut ex Conscientiæ Relatione liquet *in Summ. pag.162. §.79.80. 81., & pag.244. §.503. & 504., & pag.246. §.317.*, & alibi passim *in eod. Summ. & Elench. per tot.*, sive insimul, uno verbo, *alia omnia* consideremus, quæ de *necessario VIRTVTVM exercitio*, de resistentia, ac *repulsa TENTATIONVM*, de *HORRORE* cujusvis *DIVINÆ OFFENSÆ* etiam *minimæ*, de exercitio *perfectæ resignationis in Deum*, de *VOCALI*, etiam *quotidie* ab ipso iterata, *ORATIONE*, ac *PETITIONIBVS apud Deum*, de ardentissima *DEVOTIONE*, & ferventissimis *ADORATIONIS ACTIBVS*, ab ipso itidem *quotidie* usitatis, *erga CHRISTI PASSIONEM*, SSmum *Eucharistiæ SACRAMENTVM*, & *MISSÆ SACRIFICIVM*, de filiali etiam, ac tenerrima *devotione* erga *B. VIRGINEM*, & *SANCTOS*, ac fiducia in eorum *patrocinio* ad *perseverandum* in *BONIS OPERIBVS*, & sic *ÆTERNAM SALVTEM consequendam &c.* Manifestum hinc est, quod sicuti *hæc omnia* præfatis *Quietistarum principiis* ex diametro sunt *opposita*; ita *ejus oratio*, & *contemplatio* ab illorum *asserta* oratione, & contemplatione *toto cœlo distet*, & quàm longissimè discriminetur *à fundamentis*, ut patet.

78 Sive proindè *Oratio in somno* ejusdem Ven. Dei Famuli, *non de physico*, & *naturali somno* (quem relatæ ab ipso *circumstantiæ*, a nobis superiùs expensæ, *in plerisque omnibus* exadversò allegatis *locis* prorsus *excludunt*) sed utique, atque unicè *de somno mystico* velit intelligi; & in hoc sensu, omnes characteres *infusæ* hujus *Contemplationis*, quæ etiam *silentii* dicitur, *quietis*, & *unionis*, appositè ad SS.Patrum, ac Theologorum, & Mysticorum principia, tum in ordine ad *actus* inibi exercitos, tum in ordine etiam ad *durationem* per horas apprimè conveniunt, uti jam superiùs a nobis probatum credimus usque ad evidentiam.

79 Si verò *alicubi* de *somno* etiam *physico*, & *naturali* aliquam ejus locutionem interpretari velimus; & in hoc etiam sensu, de *contemplatione* desuper *infusa* loquendo (*de qua* semper, *unicè*, ac patentissimè *loquitur Dei Famulus*) dubium esse non potest, quin *ex Divina virtute*, & *speciali gratia* (prout *expressè* utique *dixit* idem Dei Famulus) hæc *in somno* etiam *physico*, & naturali, contingere possint; idque vel immediatè *per intellectum* a Deo supernè *elevatum* ad intelligendum *absque* ulla *ope sensuum* tam *externorum*, quàm *internorum*, vel (ut verosimilius credimus) per *elevationem*, seu *clarificationem phantasiæ*, seu *sensus interni*, prout de facto sic passim

divi-

divinitùs in Sanctis viris *intellectus*, & *phantasia operari* intelliguntur *in vera Extasi* divina, atque *perfecta*, in qua tunc pariter (aut etiam magis, quàm *in somno physico*) *externi sensus ligati* manent, & *impediti*, ita & taliter, ut *pro eo tunc* nedùm actu *non operentur*, sed *nec* operari *possint*, donec ea *perfecta extasis*, seu *ab iisdem exterioribus sensibus alienatio* perdurat; uti *frequentissima* Sanctorum Contemplativorum *exempla* sunt, etiam in Bullis Canonizationum &c.

80 Eòque magis, quòd *in plerisque* relatis *casibus* Dei Famuli, *ipsæ etiam* subinde *visiones*, *apparitiones*, Divinæque *locutiones* intermixtæ noscuntur, quæ certò certiùs ad meras *Gratias* pertinent *gratis datas*; & de quibus proinde certum est, quod (præcisivè a *corporeis* loquendo, quæ *in somno*, aut *extasi* locum non habent) reliquæ sive *imaginariæ*, sive *intellectuales*; æquè *in vigilia*, aut *in somno*, aut *extasi*, aut *raptu*, appositè *ad Divinum beneplacitum*, conceduntur; ut luculentissima *utriusque Testamenti*, & innumera, ac probatissima *aliorum* pariter *Sanctorum* exempla comprobant; uti supra jam diximus, & doctissimis Patribus est notissimum.

§. VI.

Ad novissimas Animadversiones *num.* 38. *& seqq.* Responsio.

81 „ AD visiones, apparitiones, & revelationes quod attinet, operæ „ pretium non est in his diutiùs immorari, inquit novissima Ani-„ madversio *num.* 38., quia nimirùm, ut subdit = Cum illæ tam spectata „ qualitate, quàm numero, tempore, frequentia, & quibuscumque ad-„ nexis circumstantiis, expensæ fuerint in anteactis Congregationibus, in „ quibus nihil præteritum est a sapientissimis Oppositoribus, nihil a Postu-„ latoribus omissum; ideo utiliore consilio reiicimus adhùc dubitantem ad „ præcedenter scripta.

82 Quia verò nunc *unicè* urget Animadversio, *ut detur in præsentiarum locus* „ *noviter animadversis in hac revelationum, & visionum materia*; & ex *his* porrò *noviter* animadversis *quædam* sunt, quæ (absque ulla intrinseca implicantia) nonnisi ex capite extrinsecæ, & assertæ cujusdam *inverosimilitudinis* accusantur, ut ibi *cit. num* 38. 39. *&* 40., alia verò, quæ ex capite etiam alicujus *majoris* (ut vocat) *difficultatis*, ut *ibid. a num.* 41. *ad* 44. *per tot.*

83 Hinc, quod *ad primam classem* attinet: ea sat habemus in *memoriam* sapientissimorum Patrum revocare, quæ fusè diximus in secundis nostris Responsionibus *a pag.* 110. *ad* 128. *a num.* 208. *& seqq.*, neque enim *de ea inspectione* nunc agimus, *utrùm Visiones*, *& revelationes Ven. Dei Famuli sint approbandæ*, *necne*; hæc enim inspectio, teste sa: me: Benedicto XIV. *lib.* 2. *de Canoniz. cap.* 32. *num.* 8. ad præsens tempus non pertinet, sed *postquam absolutum de more fuerit Dubium super Virtutibus*, tunc utique *in eadem Sacra Congregatione specificum visionum*, *& revelationum examen instituitur* INSTANTIBUS PECULIARITER POSTULATORIBUS, sicubi fortè *velint* (neque enim ad id *coguntur*, utpotè ad Beatificationem, & Canonizationem ullatenus non necessarium) *ab Apostolica Sede earum specificam approbationem*. Ad rem verò præsentem id sufficit, ut *visiones*, *& revelationes* nostri Ven. Dei Famuli *nihil* habere deprehensæ sint, quod ab intrinseco OBSTARE possit ejus *Virtutum heroicitati*, ut ibidem casum a casu distinguendo diximus *à num.* 209. *ad* 212., & doctissimis, ac expertissimis Patribus est notissimum.

 Et ideo

84 Et ideo *ad præsens Judicium*, eas *Facti circumstantias* de nostro Ven. Dei Famulo adamussim *verificare* non omisimus, quas cum Cardinali Bona *de discret. Spirit. cap.20. num.5.* idem fa. me. Benedictus XIV. *lib.3. cap.52. num.4*, dixit, aliàs consideratas fuisse = *in visionibus, apparitionibus, & revelationibus S.Theresiæ*, subdens = *AB EIS (tanquam a Lydio lapide*, ut ajunt) *CÆTERARUM VALOREM ESSE EXPLORANDUM*; & sunt, ibi. Primò quòd S. Theresia = *semper timebat diabolicas illusiones, ita ut nunquam visiones petierit, aut desideraverit, quin potiùs Deum exoraverit, ut se duceret per viam consuetam, hoc solùm optans, ut in se fieret Divina voluntas*: id quod pariter de nostro Ven. Alphonso ibidem probavimus *num.218. ibique in not. litt.a.* Secundò, ac Tertiò, *quòd suis Confessariis, ac Directoribus viris doctis hujusmodi interna omnia communicabat, eisque obediebat*: id quod de Ven. Alphonso ibidem patuit *n.219.* Quartò, *quòd post visiones magis proficiebat in charitate, & humilitate*, ut *ibid. num.220.* Quintò, & Sextò, *quod in ejus mente summa erat tranquillitas, & jucunditas, & in corde fervens desiderium perfectionis, & ab eo, qui intùs ei loquebatur, reprehendebatur de imperfectione si quam habebat*, ut *ibid. num.221. ibique in not. litt. b.* Septimò, *quòd si quæ justa sunt, a Deo peteret, ea indubitanter obtineret, prout de facto multa petiit, & semper obtinuit*, ut *ibid. num.222.* Octavò, *quòd quicumque cum illo versabantur, nisi prava dispositio obstaret, ad amorem Dei excitabantur*, ut *ibid. num.223.* Nonò, *quòd visiones, & apparitiones, ut plurimùm, ei contingebant post longam, & ferventem orationem, vel post susceptam Eucharistiam, & in eo accendebant ferventissimum desiderium patiendi pro Deo*, ut *ibid. num.224.* Decimò, & Undecimò, *quòd carnem flagellis, ac ciliciis castigabat, & gaudebat in tribulationibus, murmurationibus, & infirmitatibus &c., & tam in prosperis, quàm in adversis semper eandem animi tranquillitatem servabat*, ut *ibid. num.225.* Duodecimò tandem, *quòd nihil unquam in ejus visionibus, & apparitionibus Viri docti observarunt, quod a Regulis Fidei, & Christianæ Religionis esset alienum*, ut *ibid. n.226. & seq. ibique in not. litt.c. d. e.*

85 Ex his enim *omnibus* de nostro etiam Ven. Dei Famulo adamussim *verificatis*, juremeritò tunc diximus, & nunc repetimus, quòd *ex pari Facto* nonnisi profectò *par* etiam *Judicium* in casu nostro de ejus *visionibus, apparitionibus, & revelationibus* ab æquissimis, & sapientissimis Patribus fuerit, & sit expectandum. Regula siquidem in nostris Caussis *receptissima* est, quæ docet = *perpendere qualitates ejus, cui apparitio, visio, aut revelatio facta est, earumque modum, & effectus inde productos, ex his quippe cognoscitur cujus generis fuerint apparitiones*, uti bene ad rem monuit idem fa. me. Benedictus XIV. *cit. lib.2. cap.32. n.11.*, & rursùs *lib.3. cap.51. num.3.*, ubi plurimis allegatis Doctoribus mysticis, atque Theologis, addit, quòd = *prædictis cæteri inhærent, proptereaque docent, Divinas visiones, & apparitiones esse dignoscendas a PERSONA, cui contingunt; a MODO, quo contingunt; & ab EFFECTIBUS, qui ex eis sequuntur. Si enim Persona, cui contigerunt, virtutibus prædita sit; si nihil in visione, aut apparitione sit, quod a Deo avertat, quin imò, si omnia ad Dei cultum relata sint, si post visiones, & apparitiones humilitas, obedientia, cæteræque Christianæ virtutes non modo perseveraverint, sed ad sublimiorem gradum ascenderint in ea Persona, cui contigerunt visiones, & apparitiones; de earum qualitate supernaturali, & Divina non erit ullo modo dubitandum.* Hæc enim cum apprimè *omnia* concurrant etiam in casu nostro, non est profectò, cur ex *asserta*, & prorsùs extrinsecæ inve-

inverosimilitudinis capite, de omnimoda etiam nostri Dei Famuli visionum, & apparitionum *subsistentia* hæsitare debeamus.

86 Nam quidnam est in *noviter animadversis*, quod *incredibile*, aut *inverosimile* videri possit, aut debeat? Nempe (inquit Animadversio *cit. n.* 38. 39. *&* 40.) quòd Servus Dei = *diversis vicibus inveniebat se inter choros Angelorum, Summ. pag.*168. §.105., quòd = *quadam vice in oratione fuit raptus mira promptitudine, ac violentia spiritus*, ad *primum*, & *secundum Cœlum*, quo transcurso, *invenit se circumdatum magno lumine, & splendore valde excedente lumen Solis; & hoc, judicio hujus personæ* (ut ipse de se idem Dei Famulus addit in contextu) *modico tempore duravit, eod. Summ. pag.*164. *§.*89., prout similiter in alio raptu, in die *Assumptionis B. Virginis*, viderit = *Cæli gaudium, & Angelorum magnum exercitum, plaudentium eorum Dominæ, ac Reginæ, ibid. pag.*153. *& seq.* §.31. Quòd ei alia vice = *Cum esset in lecto, evènit* (expressè de se tamen subdens, quod = *nescit quomodo istud factum fuerit*) *ut impensatè inveneri se in Ecclesia &c. flectentem genua in conspectu Sanctissimi Sacramenti*; idque, ut ipsemet subdit = *videtur, quod non fuerit somnium, sed ipsemet erat in spiritu, & hoc modo existendo fuit raptus in elevatam orationem puritatis mentalis &c., cum magno fervore, & fuit visitatus a Jesu, & Maria &c.*, ita quòd postmodùm semel & iterùm *in se reversus* (hoc est a *mentali raptu*) tunc utique = *videbat quod quidam puer cum quadam parva virga accedebat ad illius oculos, & dicebat, in raptu existis, ibid. pag.*249. §.532., quòd alia vice *cum recitaret Rosarium*, sibi *apparuerunt Jesus, & Maria*, & ille *sedit intra cor istius personæ*, & *Virgo Maria eidem aliud cor immisit in latus dextrum, ibid. pag.*154. *§.*33., *& pag.*262. *§.*612., prout etiam alia vice *B. Virgo* sibi *apparuit*, dum *iter faceret tempore æstivo*, & *cum quodam linteolo tergebat sudorem vultus hujus personæ, ib. pag.*178. *§.* 143.

87 At hæc adeo incredibilia, aut inverosimilia non sunt, ut imò *in sanctis animabus* Divinæ *charitatis incendio æstuantibus*, indeque *in extases*, & *raptus* ab ejus Divina *benignitate* elevatis, qui dixit = *delicias suas esse cum filiis hominum*, frequenter usuvenire compertum sit; ut nunc *intellectualibus* revelationibus, nunc *imaginariis* visionibus, & *apparitionibus*, & nunc *realibus*, nunc *symbolicis* quibusdam *effectibus*, tanquam *Divinæ* benevolentiæ *significationibus* recreentur; prout *eadem*, & alia longè *plura*, & majora, & *rariora*, a doctissimis etiam, ac piissimis Viris *illustrata* videre est, in specie *de S. Birgitta* a Cardinali Turrecremata, Alphonso Episcopo Giennensi, Ven. Mathia de Svecia, & aliis pluribus; *de S. Gertrude* a Joanne Lanspergio; *de S. Hildegarde* a S. Bernardo, & aliis ejus vitæ Scriptoribus; *de S. Catharina Senensi* a Fr. Raymundo de Capua, & S. Antonino Archiepiscopo; *de S. Theresia* a Francisco Ribera, aliisque pluribus; & a celebri Lezana *de illis S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis*; & ab aliis itidem Vitæ Scriptoribus, & scribentibus in nostris Causis, quoad illas *B. Angelæ de Fulgineo, S. Franciscæ Romanæ, S. Petri de Alcantara, S. Rosæ Limanæ, S. Margaritæ de Cortona, S. Joannis a Cruce, B. Josephi a Cupertino, S. Catharinæ de Ricciis &c.*. Ex quibus porrò, una hìc sat est expertissima magistra spiritus, & orationis infusæ, S. Theresia, quæ *mansion.6. cap.*5. *Raptus* describens = *Pare* (inquit) *che lo spirito esca dal corpo, e non sà almeno per alcuni istanti, se stà nel corpo, o nò; le sembra stato in un altra regione molto differente da questa, nella quale viviamo, dove vede altra luce diversissima da questa, & altre cose*; & infra = *Quivi quest'anima riceve visioni imaginarie, e senza parole se le danno ad intendere alcune cose. Vede alcuni Santi, e li conosce, come se avesse convissuto con loro. Altre volte vede con*

de con occhio dell'anima, per visione intellettuale, altre cose, particolarmente molti Angeli con il loro Signore &c.; e quando torna a' suoi sensi, è con sì gran guadagno, e con sì gran dispreggio, e poca stima di tutte le cose terrene in paragone di quelle che ha veduto, che li pajano spazzature.

88 Et certè de *raptibus*, aut *intellectualibus*, aut *imaginariis*, aut aliquando etiam *realibus*, non absimilia sunt exempla, quæ habentur etiam in sacris Paginis. Præter enim *illum* Apostoli *usque ad tertium Cœlum*, de quo supra diximus *num. 64.*, & de quo ipsemet addubitare coactus fuit, an fuerit in corpore = *sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit*; sat est alium de Ezechiele commemorare *cap. 8.*, ubi = *Spiritus* (inquit) *elevavit me inter Cœlum, & Terram, & adduxit me in Hierusalem*; & *Daniel. cap. 14. vers. 35. & 38.*, ubi de Habacuc legitur, quòd = *Apprehendit eum Angelus Domini in vertice ejus, & portavit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylone supra lacum &c.*, ac postmodùm = *Angelus Domini restituit Habacuc confestim in loco suo*. Ut non proinde incredibilia, aut inverosimilia videri debeant, quæ de *aliis* etiam posteriorum temporum *sanctis animabus* legimus in eorum *Historiis*, & quæ signanter *ex Processibus* probatissima sunt in nostris Causis, uti complura, eaque celeberrima de *B. Josepho a Cupertino*, inter alios, exempla sunt doctissimis, ac sapientissimis Patribus notissima. Nec verò ipsa etiam *ratio* repugnat: Sive enim id aliquando *realiter* contingere dici velit *Angelorum ministerio*, & certum est, quod *localis corporum motus non superat Angelicam potestatem*, juxta doctrinam D. Thomæ *part. 1. quæst. 110. art. 3.*, de qua etiam sa. mem. Benedictus XIV. *lib. 4. part. 1. cap. 1. num. 14. & 16.; & cap. 6. num. 7.*, & alibi; Vel (ut verosimilius est) hæc *imaginariè* fieri dicenda sunt, & tunc pariter *dupliciter* fieri possunt, scilicet *vel per species, seu figuras, & imagines rerum in ipsa phantasia existentes, quæ Dei, vel Angeli operatione ita disponuntur, ut propositum objectum clarè repræsentent, infusa luce superna ad intelligendum quid significent*; vel etiam = *per novas species nusquam antea receptas, sed a Deo, vel ab Angelo immissas*, inquit idem Benedictus XIV. *lib. 3. cap. 50. num. 10.*, & hoc unum est, quod *sufficit*, has etiam visiones, & apparitiones esse *divinas*.

89 Et similiter, quod noster Dei Famulus, ut supra, dixit *de Angelorum exercitu in die Assumptionis plaudente eorum Domina, ac Regina*, adeo inverosimile dici non potest, ut ipsamet potiùs *in eodem Festo* idipsum publicè canat Ecclesia = *Assumpta est Maria in Cœlum, gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dominum*: = *Exaltata est Sancta Dei Genitrix super choros Angelorum ad cœlestia Regna &c.*: = *hodie gloriosa cum Angelis triumphat &c.*, & cum S. Joanne Damasceno, inquit *in Lect. 4.*, quòd idcircò = *choros ducunt Angeli, celebrant Archangeli, Virtutes glorificant, Principatus exultant, Potestates collætantur, gaudent Dominationes, Throni festum diem agunt, laudant Cherubim, gloriam ejus prædicant Seraphim &c.*; & aliàs, appositè ad illud Apocalypsis *cap. 5. vers. 8. & seqq.* = *Et vidi, & audivi vocem Angelorum multorum in circuitu Throni &c.*; & *cap. 14.* = *audivi vocem de cœlo &c. sicut cytharædorum citharizantium in citharis suis, & cantabant*; ipsa etiam militans Ecclesia cohærenter nobis insinuat *in Offic. Dedicat. Eccles.*, quòd = *Illa sedes Cœlitum semper resultat laudibus &c.*; cui porrò, & nos in Terris = *illi canentes jungimur, almæ Syònis æmuli*.

90 Imò, nec illud, quod *de puero*, ut supra, dixit Dei Famulus *sibi* in raptu *oculos virga* subinde *tangente*, ac dicente = *in raptu existis*; non id, inquam, aut penitùs *inverisimile*, aut etiam *de ridiculo* habendum forsitan existimabit, quisquis adverterit, quotidie in Missæ Sacrificio illud a Sacerdo-

cerdotibus iterari = *munda cor meum, ac labia mea omnipotens Deus, qui* LABIA ISAIÆ PROPHÆTÆ CALCULO MUNDASTI IGNITO; prout enim de facto habetur *Isaja cap.6.*, postquam Propheta ad visionem fuit elevatus; & = *Vidi* (inquit) *Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum, & ea, quæ sub ipso erant, replebant Templum &c., & Seraphim stabant super illud &c., & clamabant alter ad alterum, sanctus, sanctus, sanctus &c.; & commota sunt superliminaria cardinum a voce clamantis &c.; & dixi: væ mihi, quia vir pollutus labiis ego sum &c., & Regem Dominum exercituum vidi oculis meis* (Id quod utique *raptum* similiter, seu *visionem* indigitat, aut *intellectualem*, aut veriùs *imaginariam*, uti vult S. Augustinus *lib. contra Adimantum cap.*28. apud a Lapide *in comment. ad hunc loc.*) hinc illud sibi evenisse, subdit idem Propheta *ibid. vers.6. & seq.*, quòd = *volavit ad me unus de Seraphim, & in* MANU *ejus* CALCULUS, *quem* FORCIPE *tulerat* DE ALTARI, *&* TETIGIT OS MEUM, *& dixit: Ecce tetigit hoc* LABIA TUA, *& auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Quo loco benè notat, inter alia, Cornelius a Lapide, id *symbolicè* intelligendum; nam = CALCULUS *hic* (inquit) SYMBOLUM *erat gratiæ gratis datæ, scilicet* PROPHETIÆ; *quasi diceret: ecce, hoc* SIGNO, *scilicet imaginario* (*fuit enim hæc visio; unde omnia per visionem, non realiter sunt gesta; non ergo realiter combusta sunt labia Isaiæ; sic enim blæsus, & ineptus ad prædicandum factus esset*) *contactu labiorum per prunas, significat Deus, se & tibi peccata remittere, & te implere spiritu Prophetico.*

91 Quid si enim, appositè ad *Facti circumstantiam*, ut supra expressam a Dei Famulo *cit. Summ. pag.* 249. §.532., quòd nimirùm de eo tunc = *fuit* VISITATUS A JESU, ET MARIA, *& mansit cum ipsis solus*, FRUENDO *eorum visitationibus, & hoc per aliquod temporis spatium*; sed ita tamen, quòd, ut ipse fatetur, = *aliquibus vicibus, veluti duabus, aut tribus, revertebatur aliquantulum in se*; quid si (inquam) in hoc rerum statu, ad ipsum veluti *commonendum*, simulque ad confortandam *internam aciem* ejus *intelligentiæ*, ut rursus semel & iterum *elevaretur* ad *fruendum Jesu, & Maria*, idcircò ea *symbolica visio* fuit insuper addita, qua *videbat, quod quidam puer cum quadam parva virga accedebat ad illius oculos* [ad illos veluti *expergiscendos*, aut *elevandos* ad novum *raptum*] ideoque opportunè dicebat = *in raptu exiftis?* Quod si quis adhuc *inverosimilia* hæc esse putet; at is tamen Magno Ipponensi Episcopo, & Ecclesiæ Doctori Augustino subscribat oportet, ubi ait *tract. 26. in Joan.* = *Da amantem, & sentit quod dico: da desiderantem, da in ista solitudine sitientem, ac fontem æternæ Patriæ suspirantem, da talem, & scit quid dicam.* Et hoc unum, quòd de facto, *post relatam visionem*, ita etiam de se *immediatè* concludit, tantò magis *humilis, cautusque* noster Dei Famulus *loc. cit.* ibi = *Hæc* (*Dona Visionum &c.*) *non movent istam personam magis, quàm propter ea moveretur lignum; imò potius causant sibi mœstitiam, eò quod* TANTUM *sit positus* IN AMORE JESU, ET MARIÆ, *quærendo* MODUM PLACENDI EISDEM IN INFINITUM, SI POSSIBILE ESSET: quod utique heroicissimum est, ut patet.

92 Et hæc sunt, quæ *ad primam classem* pertinent *inverosimilium*; de quibus tamen ipsa etiam novissima Animadversio pro veritate concludit *num.*41. quod HÆC LEVIA *fortasse sunt*. „ Ad *alteram* itaque *classem* veniendo „ noviter animadversorum, quæ *graviora* adhuc quibusdam fuerint visa; „ hæc porro ad *tria* reducuntur, quorum *Primum* est, quòd Servus Dei in „ *duplici* habita visione, seu *revelatione* de uno eodemque P. Ricco Soc Je-

„ su,

„ fu, sibi quodammodo *contradicere* videatur, ex *Summar. pag.266.§.629.*
„ *ad 631.*, nam hoc postremo loco dixit Dei Famulus, quòd *habità notitià*
„ *ejus mortis* (hoc est Patris Ricco) *in instanti vidit illum in Cœlo valdè læ-*
„ *tantem, & gaudio plenum &c.*; & tamen de eodem Patre Ricco priùs di-
„ xit *ibid.* §.629. *se audivisse quendam sonum quasi vocem sibi dicentem = In*
„ *Purgatorio purgabit* (*Pater Ricco*) *hunc sermonem*, uti latiùs prosequitur
„ Animadversio *cit. num.41.*

93 Sed si hujus *Facti series* in suo integro *contextu in cit. Summar. pag.266.* *§.629 ad 631.*, juncto etiam P. Matthæo Marymon Servi Dei Confessa-
(bb) rio *in ejus vita lib.7. §.39.* (*bb*) maturè expendatur, apprimè *omnia congruunt*, & omnis vel minima cujusvis assertæ *contradictionis* umbra penitùs evanescit. Narrat ibi siquidem Dei Famulus *cit. §.629.*, quòd ubi *in vivis* agebat, & *Majoricæ* commorabatur idem *Pater Ricco*, & quadam

---

(*bb*) Ibi porro *à fol.923. & seq. = Nacque* (inquit) *il P. Giovanni Ricco in una Villa del Regno di Valenza &c., sin da fanciullo fu di grande edificazione, raccoglimento, penitenze, mansuetudine, umiltà &c. Nella Compagnia novizio, studente, e poi Sacerdote fu lo specchio di ogni virtù, & in particolare dell orazione, divozione, fervore, mortificazione, e di perfetta ubbidienza, che lo destinò in tempo della peste di Barcellona per Confessore degl infetti di tal male, e l' esercitò con molta carità, e perseveranza &c, travagliando in diverse parti ad onore, e gloria di Dio, e bene de' Prossimi, e per far del gran bene a Majorica, perchè essendo stato destinato due volte per Rettore di questo Collegio, fu in questa Città, e Regno di gran profitto &c.*

Era similissimo nella mortificazione, penitenza, umiltà, & orazione al Fr. Alonzo, e perciò si comunicavano intimamente nelle cose del loro spirito, e passarono fra ambedue particolarità assai segnalate. Ne riferiremo quì una &c. Predicò il P. Ricco essendo Rettore di questo Collegio nella Chiesa di nostra Signora della misericordia, che è di Monache, e predicò con molto fervore, e spirito, in lingua però Castigliana; la quale in questo Paese è poco intesa dalla gente ordinaria &c. Accompagnava il Padre Rettore al pulpito il Fr. Alonso, e terminato ch'ebbe il suo discorso, stando tutti genuflessi, ed anche il Fratello insieme con loro recitando le Orazioni, che l'istesso Padre aveva raccomandate, sentì il Signore, che le disse: Nel Purgatorio purgherà il tuo Rettore questo sermone; & ancorchè non sentì altre parole, le fu dimostrato chiaramente, che la causa era, perchè non si accomodava a predicare nella lingua, nella quale il Popolo, che compone la maggior udienza, e maggiormente è solito approfittarsi della parola Divina, l'intendesse.

Il Fratello per il zelo che aveva dell onor di Dio, e del profitto dell'anime, e del bene del suo Superiore, riferì questa successo ad un Padre antico del Collegio, che allora era Ministro, e per suo consiglio, & ordine, disse al P. Rettore cosa passava de' suoi sermoni; e da quel giorno in poi, mai più predicò in lingua Castigliana in questa Terra.

Alcuni anni dopo, continuando sempre il P. Giovanni Ricco nelle sue mortificazioni, e fervori, e procurando in tutto servire, e compiacere a Dio Signor nostro, essendo Rettore in Urgel Città del Principato di Catalogna &c. morì santamente, pieno di meriti, & opere sante. Quando il Fr. Alonso seppe la morte del buon Padre, & amico, si pose a pregare il Signore per lui con molto fervore, e tenerezza, e stiede in orazione fervorosa avanti di Dio un buon spazio di tempo. Stando nel maggior fervore di quella orazione, vide il P. Ricco nel Cielo &c. con un aspetto allegrissimo, e glorioso; la sua faccia era bellissima, e tutta fiammeggiante, e con un splendore, e vaghezza assai ammirabile come il Sole &c., quindi prese la divozione di raccomandarsi a lui frequentemente &c.

Et *fol.927. = Lo raccolse (il Signore) nel Collegio di Urgel, dove l'aveva trasportate per arricchirne i fondamenti (come che allora stava ne' suoi principj.) colli esempj delle sue virtù, e tesoro delle sue reliquie. Quando poi i Padri di quel Collegio si trasferirono alla Casa, e Chiesa nuova, che avevano principiato ad edificare, vi trasportarono anche il Corpo di questo beato Padre, & ancorchè erano alcuni mesi, che stava depositato in una cassa, lo trovarono intiero senza veruna corruzione, e le sue membra flessibili, e trattabili, come se allora appunta fosse spirato, & avesse tuttavia il calore vitale &c:*

Ex quibus porrò *omnibus* egregiarum *Virtutum meritis* ab hoc P. Ricco *in vita* cumulatis, & *in obitu*, ac *post obitum* per ejus *Corporis incorruptionem* etiam *Divinitùs* comprobatis, mirum esse non debet, si ejus anima *in tanta gloria* nostro Ven. Dei Famulo fuerit ostensa, ut ipse prosequitur *in Summ. loc. cit.*

dam die = *ivit ad prædicandum ad Ecclesiam nuncupatam de Misericordia*, *associavit illum quidam Frater* (hoc est ipse Dei Famulus) *& prædicavit* (*Pater Ricco*) *cum magno fervore in lingua Bœtica* (vulgo *Castigliana*) *quam linguam* quia *Majoricenses*, præsertim *mulieres*, *non bene intelligerent*, hinc vix aliquis = *ex illo sermone utilitatem consequutus fuit*; *ideoque Fr. Socius* (ipse Dei Famulus) *terminato sermone*, *audivit quendam sonum*, *quasi vocem sibi dicentem* = *In Purgatorio purgabit* (*Pater Ricco*) *hunc sermonem*. Addit tamen Dei Famulus, quod (pro eo, quo pollebat *zelo* gloriæ Dei, & *salutis animarum*, & *ipsius*, sui tunc Rectoris, *Patris Ricco*) usque ab eo tempore = *de voto Patris Ministri* (*cui hac narravit*) *illud retulit Patri Ricco*; undè porrò factum est, quòd = *ab ea die Pater Ricco non ampliùs prædicavit in lingua Bœtica*, *sed in lingua Majoricensi*; ex quo satis colligere datum est, quod Pater Ricco ita *monitus*, antevertere *comminatam Purgatorii pœnam*, totis viribus omnino *studuerit*, hoc ipso, quod *levem* utique *jacturam* unius sermonis, semper *in posterum* in lingua *Majoricensi* prædicando *compensavit*, ac *plurimis* insuper tum eximiæ *mortificationis*, tum aliarum *virtutum operibus* se addixit, ut idem Dei Famulus expressè ait in contextu *cit. §.630.*, ubi de illo signanter notat, quòd = *erat valdè humilis*, *& mortificatus &c.*, *erat enim vir maximæ mortificationis &c.*, *oblivioni dabat corpus suum*, *timebat summopere Deum*, *& curam magnam habebat de propria anima*, *& quomodo placeret Deo suo &c.* Quid inde? *Obiit Pater Ricco*, sed non tamen *illicò*, nec *Majoricæ* (uti forsitan credit Animadversio) sed = *ALCUNI ANNI DOPO*, *continuando sempre il Padre Ricco nelle sue mortificazioni*, *e fervore &c.*, *essendo Rettore IN URGEL Città del Principato di Catalogna &c. MORI' SANTAMENTE pieno di meriti*, *ed opere sante*; & tunc porrò fuit, ut idem prosequitur Dei Famulus *cit. §.630.* = *quod habita notitia mortis dicti Patris Ricco &c. in instanti vidit illum in Cœlo valdè lætantem*, *& gaudio plenum &c.* ut supra.

94 Hinc autem quivis intelligit, quòd, vel suprarelata *visio*, *& prædictio Dei Famuli* (quod Pater Ricco = *in Purgatorio purgabit hunc sermonem*) uti merè *comminatoria*, seu *conditionata* (ut illa Ninivitarum, & alia sexcenta hujusmodi exempla in Sacris Paginis) est consideranda, uti credimus, quia *idcircò* eam *Patri Ricco*, voluit Deus, *illicò significari*; & sic à Patre Ricco *jam monito*, per assidua *mortificationis*, & aliarum *virtutum opera*, dum adhuc *in vivis* erat, *præventivè* fuit *expiata*: & in hoc sensu *nihil* ei supererat *ex hoc capite* expiandum post obitum *in Purgatorio*, in quo proinde Dei Famulus ipsum videre non poterat. Vel per malam hypothesim, *nondùm* ante obitum *qualecumque* illud *peccatum* à Patre Ricco *expiatum* credimus, sed *post obitum* in *Purgatorio*: & in hoc sensu, observandum est, quod non dixit Dei Famulus, se illum *è vita migrantem*, aut *illicò post obitum* vidisse in *gloria*; sed *unicè* dixit, quod ita eum vidit *post habitam* Majoricæ *notitiam* ejus mortis, ibi = HABITA NOTITIA MORTIS *dicti Patris Ricco*, *dum illum commendabat Deo*, *in instanti illum vidit in Cælo &c.* Cum autem certum sit, quod *notitia* ejus *mortis* ab URGELLITANA *urbe* (ubi fuerat secuta) *in Catalaunia*, *intrà continentem Hispaniæ*, nonnisi POST LONGUM *terrestre* primùm, deindè etiam *maritimum* ITER (aliquando etiam forsitan *plurium mensium*) ad *Insulam*, & *Civitatem* MAJORICENSEM poterat *pervenire*; quo *intermedio tempore* potuit utique ejus *anima*, levi culpa *in Purgatorio expiata*, tot præviis, tantisque *bonorum operum meritis* onusta *ad Cœlum* evolare: hinc certum est pariter, quod *in utrolibet sensu*, citrà ullam vel minimam

M *con-*

contradictionis umbram, *utrumque* Dei Famuli *assertum* apprimè *verificatur*, ut patet.

95 „ Altera ex noviter animadversis injecta addubitatio est *cit. Animadv. n.* 42., „ quod cum Dei Famulus *plures* de se habitas *revelationes* retulerit, circa „ *suorum peccatorum remissionem*, ac *certitudinem propriæ salutis*, ut *in Summar. pag.* 173. §. 124., *pag.* 194. §. 211., & *pag.* 272. §. 655., dubium „ proindè fit, an hujusmodi revelationes *veræ*, ac *certæ* fuerint, atque ab „ eo factæ, qui *etsi non omnes instruat, neminem tamen fallit*. Nam dubitan„ di locum facit *dubitatio* ipsa, ac *timor Dei Famuli*, nè a malo spiritu hac „ in re deciperetur, ut *in eod. Summar. pag.* 233. §. 241., itemque ejus *mœstitia*, & *afflictio*, qua aliquibus vicibus *dubitabat*, an esset *excommunicatus &c. ibid. pag.* 247. §. 526.

96 At in hac etiam parte omnis cessat amaritudo, si advertamus, *sanctissimum* ac perpetuum Dei Famuli *morem* fuisse, *extraordinariis* hisce supernis *Donis visionum*, & *revelationum* humillimè *obsistere*, quantùm posset, & salutem suam in *timore*, & *tremore* jugiter operari. Aliud est itaque, quod hujusmodi revelationes in *seipsis veræ* fuerint, & *à Deo factæ*; aliud longè diversum est, quod his non obstantibus, velint adhuc *Sancti Viri*, non quidem de Deo, sed *de se ipsis diffidere*, & possibilem *proprii spiritus illusionem* causari *apud seipsos*, & *coràm Deo*, ut eò magis *in ejus charitate exardescant*, & ab eximiarum *virtutum exercitio* per noxiam securitatem *non tepescant*, neque desistant. Et *utrumque* porrò heroicissimum *animi sensum* à nostro Ven. Dei Famulo de facto *expressum* habemus *coram Deo*, in ipso etiam exadversò allegato contextu *cit Summ. pag.* 194. §. 210., ubi = *Domine* (inquit) *est tam ingens* AMOR, *quo diligo te*, *ut* TIMEAM NE OFFENDAM TE *in aliquo*, & *ne offendam te*, ISTUD FACIO; & PROPTER TUUM AMOREM A TE FUGIO; *non enim habeo* EVIDENTIAM *de re* CERTA, & *possum decipi*, & *tu offendi*, ET EGO NIHIL ALIUD VOLO, NISI TE. Ubi simul nota, & *certam* dici a Dei Famulo *Divinam revelationem* (quia certò certius hanc *certitudinem* secum affert, ubi *Divina* est *revelatio*) sed simul & semel eandem dici a Dei Famulo *non evidentem*; nam aliud rèverà est, *Divinam* revelationem *esse certam*, aliud longè diversum est, *evidens esse* privatam aliquam revelationem *esse Divinam*.

97 Nec verò id novum est, ut sanctis nimirùm animabus, *Divinis* ejusmodi *revelationibus* illustratis, etsi *non pro eo tunc* in actu revelationis, *post cessatam* tamen Divinam *illustrationem*, ad maximum salutis negotium *reflectentes*, & ad *Ecclesiæ Regulas*, quibus etiam *certissimè Divinitùs* dictum est = *cum timore*, & *tremore salutem vestram operamini*: = *nescit homo*, *utrum odio*, *an amore dignus sit*; & ipsum Apostolum trepidantem = *nè cum aliis prædicaverim ipse reprobus efficiar*; aliqualis proinde & ipsis *de possibili* propria illusione *scrupulositas* possit obrepere. Optimè siquidem S. Gregorius *lib.* 26. *Epist.* 22. ad redarguendam nobilis mulieris, in hoc puncto *de propria salute*, securitatem = *secura* [inquit] *de peccatis tuis fieri non debes*, *nisi cum jam in die vitæ tuæ ultimo plangere eadem peccata minimè valebis*: *quæ dies quousque veniat*, *semper suspecta*, *semper trepida metuere debes &c. Certè Paulus Apostolus ad tertiam Cœlum ascenderat*, *in Paradisum quoque ductus fuerat*, *arcana verba audierat*, *quæ homini loqui non liceret*; & *tamen adhuc trepidans dicebat*: *Castigo corpus meum*, & *servituti subiicio*, *nè fortè aliis prædicans ipse reprobus efficiar*. *Adhuc timet*, *qui jam ad Cœlum ducitur*; & *jam timere non vult qui adhuc in terra conversatur*? *Perpende*, *dulcissima filia*, *quia mater negligentiæ solet esse securitas*: *habere ergo in hac vita non debes securitatem*. Et S.

98 Et S. Theresia de ipsis loquens animabus sæpè *divinitùs* elatis ad *sublimissimum* etiam *gradum* actualis *cum Deo unionis*, in *Castr. interior. mansion. 7. cap. 5.* = *Non avete* [inquit] *da intendere, che stiino sempre in un essere, e grado gli effetti, che ho detto, in quest'anime; che perciò dissi, che alcune volte le lascia il nostro Signore nella lor propria naturalezza &c., vuole il Signore che l'anima non si dimentichi del suo proprio essere, acciocchè sempre stia umile, e che conosca quello, che deve a Sua Divina Maestà, e la grandezza della sua grazia, e lo lodi. Nemeno crediate, che per aver quest'anime sì gran desiderj, e fermi proposti di non far un'imperfezione per cosa del mondo, lascino di farne molte, ed anco peccati [non già con avvertenza, perchè deve il Signore dare a queste tali particolare ajuto per questo] parlo de' peccati veniali, che de' mortali, per quanto elle conoscono, sono libere, sebene non son sicure; attesochè ne potranno avere alcuni, che non conoscono; il che pensare, non sarà loro di poco tormento &c.*; *e quando si ricordano d'alcuni, che racconta la Sagra Scrittura, quali pareva fossero assai favoriti del Signore, come un Salomone, che tanto comunicò con sua Divina Maestà, non possono lasciar di temere.* Undè porrò & ipsa sapientissimè monendo concludit = *quella di voi, che si vedrà con maggior sicurezza, tema più; perchè beato l'uomo, che sempre teme il Signore, dice David &c.*

99 Ex quo porrò expertissimæ S. Theresiæ loco apertè intelligimus, quomodo in nostro etiam Ven. Dei Famulo *cum* præfatis *Divinis revelationibus* stare possent, non quidem positivæ dubitationes, sed utique meræ *anxietates*, & *scrupulositates*, nè in *illusionem*, adeoque in *aliquam* vel minimam *culpam* incideret, ita ut, etiam se penitùs *inscio*, a Deì *gratia*, & *amore* se forsitan *exclusum* reperiri *posse* contingeret; prout in ordine *ad scrupulositatem*, *an unquam in aliquam excommunicationem incidisset de tempore vitæ præteritæ*, *ac se penitùs inscio*, alibi superiùs jam vidimus *cap. 1. num. 9. 10. & 11. pag. 2. & 3. per tot.* Et in ordine ad *alium* Summarii *locum* exadversò allegatum, ex ipso contextu resultat *Summ. pag. 233. §. 421. & seq.*

(cc) juncto tamen *Originali Hispanico* Ven. Dei Famuli (cc) Ibi siquidem non *labor* legitur *provenient ex cognitione, quod non decipiatur a dæmone*, sed unicè quod = *supervenire tamen non destitit huic personæ non parva TRIBULATIO* (*un trabajo, y no pequeno*) *quæ est ne eam dæmon decipiat &c.* Idipsum enim meram *scrupulositatem*, aut etiam *dæmonis tentationem* ad eum *inquietandum* facilè indigitat, quæ *certitudinem* Divinæ *revelationis* in Dei Famulo omninò *non excludit*.

 Ut

(cc) Originalia Dei Famuli verba sunt ibi = *Però asele ofrecido un trabajo y no pequeño a esta persona, y es no la engañe el demonio asegurandola que està en gracia de Dios, paraque sino lo està, el alma no busque los medios para estar en gracia de Dios, y assi se pierda engañandole, deziendole que està en gracia de Dios no lo estando. Grandes impetus, y deseos han venido a esta persona de padecer grandes trabajos por amor de Dios, y los està como espetando, y los ha pedido, y si Dios le haze la merced, seran grandes. Pero con el favor que tendrà con Tesus su amado, y de su amada Maria, que le guardaran que no os ofenda, y que con su favor saldrà con victoria ayudado de su Divina gracia.*

Quæ verba ita sonant ad literam = *Supervenire tamen non destitit huic personæ non parva tribulatio, quę est ne eam dæmon decipiat assecurando ipsam, quod est in Dei gratia, ut si in ea non sit, anima ad remedia non recurrat, quibus permanere possit in gratia Dei, atque ita pereat, ipsam decipiendo, eique dicendo quod est in gratia Dei, cum non sit: magni tamen fervores, & desideria sunt excitata in ista persona ad magnas tribulationes patiendas propter Dei amorem, & quasi illas expectat, quia illas petiit a Deo, & si eas Deus sibi concedet, erunt ingentes; attamen cum favore, quem sperat a dilecto suo Jesu, ejusque amantissima matre Maria, hi eum custodient, ut nequaquam illos offendat, & eorum favore ab ejusmodi tribulationibus, Divina gratia adjutus, victor evadet.*

100 Ut enim simul, & expressè addit idem Dei Famulus, hinc ei = magni fervores, & desideria sunt excitata, ad magnas TRIBULATIONES PATIENDAS PROPTER DEI AMOREM, & quasi illas expectat; idque tali, ac tanta fiducia in Jesu, & Maria, quod = hi eum custodient, ut nequaquam illos offendat, & eorum favore ab ejusmodi TRIBULATIONIBUS, Divina gratia adjutus, VICTOR EVADET. Id quod sanè perpetuum morem indigitat animarum sanctarum, de quibus S. Gregorius notat lib. 19. Moral. cap. 5., quod = Fit certo moderamine, ut dum unusquisque Sanctorum jam quidem interiùs ad summa rapitur, sed adhuc tentatur exteriùs, nec desperationis lapsum, nec elationis incurrat &c., sicque magno ordine cognoscimus, in interiori profectu, quid accipimus, in exteriori defectu, quid sumus. Idque, cæteris omissis, vel unius Apostoli exemplo satis superque illustratur, cui ad mensuram revelationum, tentationes etiam, ac tribulationes non defuerunt, ut ipse de se ait (2. Cor. 12. v. 7. & seqq.) = Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus &c. qui me colaphizet &c.; nam virtus in infirmitate perficitur &c.; propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis, pro Christo &c.; Cum enim infirmor, tunc potens sum &c.

101 „ Ultimo loco illud notandum monet Animadversio num. 43. & seq., quod
„ de se item retulit Dei Famulus Summ. pag. 204. §. 269. sibi nimirùm eve-
„ nisse = inveniri in spiritu cum omnibus personis existentibus in Mundo, uno
„ & eodem puncto & tempore, tota in qualibet, & tota in omnibus, tractando
„ cum qualibet insolidum in spiritu, & cum omnibus uno eodemque tempore,
„ tractando eum eis de brevitate vitæ, de pœnis inferni, de gloria, de infinita
„ bonitate Dei &c., juncto etiam P. Torrente ejus Confessario eod. Summ.
„ pag. 39. §. 40. Id namque finitos spiritualis substantiæ limites transcendit,
„ ac limitatam creati spiritus præsentiam, atque operationem ad id extendit,
„ quod solius Divinæ præsentiæ, potentiæ, atque immensitatis proprium esse
„ videtur, uti præcisis verbis eadem Animadversio concludit num. 44. final.
„ per tot.

102 Attamen hæc quoque admiratio de iis, quæ in spiritu accidunt Sanctis Viris absorptis in Divina contemplatione, tota illicò in totum, & in qualibet sui parte evanescet, si tantisper ad magni Gregorii tempora, & scripta (ut enim animæ rationali cogitativa, & imaginativa virtute omnia loca pervadere, sic & memoria ad retroacta sæcula remeare non interdicitur) animum revocemus. Hic siquidem talis tantusque Ecclesiæ Doctor, & Pa-
(dd) stor, in celeberrimis suis Dialogis lib. 2. cap. 35. (dd) de S. Benedicto narrat, quod = Cum vir Dei Benedictus, quiescentibus adhuc Fratribus, instans vigiliis, nocturnæ orationis tempora pervenissent, AD FENESTRAM

(dd) Ex integro S. Gregorii contextu cit. lib. 2. Dialogor. cap. 35. ad majorem præfati raptus S. Benedicti comprobationem, habetur, quod = Cum Venerabilis Pater (Benedictus) intentam oculorum aciem in eo splendore coruscæ lucis infigeret, vidit Germani Capuani Episcopi animam in sphera ignea ab Angelis in Cœlum ferri. Quodque = tanti sibi testem volens adhibere miraculi, Servandum Diaconum (qui tunc apud S. Benedictum in inferiori cubiculo hospitabatur) iterata bis terque ejus nomine, eum clamoris magnitudine vocavit. Cumque ille fuisset insolito tanti Viri clamore turbatus, ascendit, respexit, partemque jam lucis exiguam vidit. Cui tantum hoc obstupescenti miraculum, Vir Dei per ordinem quæ fuerant gesta narravit; & insuper, quod Religioso viro ad Capuanam urbem sub eadem nocte transmisso, ut quid de Germano Episcopo ageretur, agnosceret; hic Germanum Episcopum jam defunctum reperit, & requirens subtiliter, agnovit, eodem momento fuisse illius obitum, quo Vir Domini ejus agnovit ascensum.

Petrus

STRAM STANS, *& omnipotentem Deum deprecans*, *SUBITO intempesta noctis hora respiciens*, *VIDIT FUSAM LUCEM DESUPER cunctas noctis tenebras effugasse*, *tantoque splendore clarescere*, *ut diem vinceret lux illa*, *quæ in tenebris radiasset*. *Mira autem res valde in hac speculatione secuta est*; *quia* (*sicut post ipse narravit*) *OMNIS etiam MUNDUS*, *VELUTI SUB UNO SOLIS RADIO COLLECTUS*, *ANTE OCULOS EJUS ADDUCTUS EST*. Qua de re porrò miranti *Petro* Gregorii *discipulo*, & ab eo sciscitanti = *quonam ordine fieri potest*, *UT MUNDUS OMNIS AB HOMINE UNO VIDEATUR*? opportunè respondet Gregorius, ibi = *Fixum tene*, *Petre*, *quod dico*: *quia* ANIMÆ VIDENTI CREATOREM ANGUSTA EST OMNIS CREATURA. *Quamlibet enim parum de luce Creatoris aspexerit*, *breve ei fit omne quod creatum est*: *quia ipsa luce visionis intimæ mentis laxatur sinus*; *tantumque expanditur in Deo*, *ut superior existat Mundo*; *fit verò ipsa videntis anima etiam super semetipsam &c*. *Quod autem collectus Mundus ante ejus oculos dicitur*, *non Cœlum*, *& Terra contracta est*. SED VIDENTIS ANIMUS EST DILATATUS, *qui* IN DEO RAPTUS VIDERE SINE DIFFICULTATE POTUIT OMNE QUOD INFRA DEUM EST. Hæc Sanctus Ecclesiæ Doctor Gregorius.

103 Hæc itaque *aliquando* sanctis animabus *in ea* altissima *contemplatione* fieri intelliguntur, quæ cohærenter a Cardinali Bona *supereminens* appellatur (*in via compendii ad Deum cap.* 10. *§. alia denique*) hoc est = *altior quàm caliginosa*, *in qua Deus non per dona Spiritus Sancti*, *sed per se solus rapit*, *ac elevat mentem ad Divina*, *quæ sic elevata Deum attingit non per ænigmata similitudinum corporalium*, *sed altiori atque ineffabili modo*; *& talem fuisse existimo S. P. N. Benedicti raptum*, *quando sub uno Solis radio universum Mundum collectum conspexit*; additque, hanc contemplationis speciem elegantissimè descriptam videri ab Augustino *lib.* 9. *Confession*; prout de Moyse (cui desideranti *Dei faciem videre*, respond.t Deus: *ego ostendam tibi OMNE BONUM*) ait D. Thomas 2.2. *qu.*175. *art.*3., & S. Bernardus *serm.*9. *de divers.*, ubi de eadem Visionis specie loquens, qua *Deus videtur* facie ad faciem, & *Creatura* videntur *in Creatore*, ipse etiam addit, quòd = *ad hanc excellentiam*, *licèt ad modicum rapta fuisse videtur anima illa beata* (*S. Benedicti*) *quæ collectum sub uno Solis radio Mundum universum conspexit*; *de quo beatus Papa Gregorius scribens*, *inquit* = *videnti*

Petrus = *Mira res valde*, *& vehementer stupenda*. *Sed hoc quod dictum est*, *quia ante oculos ipsius*, *quasi sub uno Solis radio collectus*, *omnis Mundus adductus est*; *sicut nunquam expertus sum*, *ita nec conjicere scio*, *quonam ordine fieri potest*, *ut Mundus omnis ab homine uno videatur*.

Gregorius (ad hanc sui discipuli *Petri* interrogationem ita *respondit*, ibi) = *Fixum tene*, *Petre*, *quod loquor*: *quia animæ videnti Creatorem angusta est omnis Creatura*. *Quamlibet etenim parum de luce Creatoris aspexerit*, *breve ei fit omne quod creatum est*; *quia ipsa luce visionis intimæ mentis laxatur sinus*, *tantumque expanditur in Deo*, *ut superior existat Mundo*; *fit verò ipsa videntis anima etiam super semetipsam*. *Cumque in Dei lumine rapitur*, *super se in interioribus ampliatur*; *& dum sub se conspicit exaltata*, *comprehendit quàm breve sit quod comprehendere humiliata non poterat*. *Vir ergo Dei*, *qui in Turri globum igneum*, *Angelos quoque ad Cœlum redeuntes videbat*, *hæc procul dubio cernere nonnisi in Dei lumine poterat*. *Quid itaque mirum*, *si Mundum ante se collectum vidit*, *qui sublevatus in mentis lumine extra Mundum fuit*? *Quod autem collectus Mundus ante ejus oculos dicitur*, *non Cœlum*, *& Terra contracta est*, *sed videntis animus est dilatatus*, *qui in Deo raptus videre sine difficultate potuit omnè*, *quod infra Deum est*. *In illa ergo luce*, *quæ exterioribus oculis fulsit*, *lux interior in mente fuit*, *quæ videntis animum cum ad superiora rapuit*, *ei quàm angusta essent omnia inferiora monstravit*.

Petrus = *Videor mihi utiliter non intellexisse*, *quod dixeras*, *quando ex tarditate mea tantùm crevit expositio tua &c*.

denti Creatorem angusta est omnis creatura. Et idipsum pariter experta, aut plus aliquid insinuare videtur B. Angela de Fulgineo *cap.* 17. ubi de hac ineffabili *Dei unione cum anima*, ejusque *manifestatione* loquens = *In manifestatione Dei* [inquit] *est tota veritas, & in eo intelligo, & habeo totam veritatem, quæ est in Cœlo, & in Terra, & in Inferno*, ET IN OMNI CREATURA, *cum tanta veritate, & cum tanta certitudine, quòd nullo modo, si totus Mundus diceret oppositum, possem aliud credere &c. Video enim eum, qui est esse, & quomodo est esse omnium Creaturarum; & video quomodo fecit me capacem ad intelligendum prædicta meliori modo, quàm fuerim hactenus, quando videbam in illa tenebra, quæ me tantum consuevit delectare*.

104 Hujusmodi autem *Divinæ contemplationis*, & *unionis* (quæ *animam* facit *unum in spiritu* etiam *cum Creaturis* propter *unionem in spiritu cum Deo Creaturas manifestante*, & *veritatem aperiente*, quæ est *in Cœlo*, & *in Terra &c.*) vel *occasio*, vel *effectus* est æstuantissimus *amor* erga *Dei gloriam*, & *zelus salutis animarum* propter *Deum*; ideoque hæc ipsa præsertim contemplationis species, & animam *illuminat* quoad alias *creaturas*, & ardentissimum *omnium salutis amorem accendit*. Veluti ad rem optimè prosequitur, inter alios, Thomas a Jesu *lib.* 4. *de Divin. Orat. cap.* 25. §. 8. ubi inter *effectus* unionis cum Deo hanc ipsam *illuminationem* enumerans ait, quod sic contemplantes = *ex Divina illuminatione quibuscumque sint vitiis* [*alii homines*] *irretiti, perspiciunt; deinde quantis peccatis bona hominum pars obnoxia sit, optimè cognoscunt, & eis vehementissimè compatiuntur; ita ut nonnunquam corporis inde incurrant ægritudinem; hæc enim major ipsorum crux est, quam ad mortem usque, ad Christi Domini imitationem, ferre coguntur. Tanto siquidem, tamque ineffabili Divinitatis amore feruntur, ut libenter omnes Purgatorii pœnas exciperent &c. si peccatores quosque a peccatis ipsorum eripere possent &c., imò si Deo ita visum foret &c., libenter ipsum quoque infernum subirent; ut omnes, quanta sit in Deo beatitudo, atque lætitia, compertum atque exploratum habere possent*. Et hi porrò nedùm ipsissimi *sensus*, sed ferè etiam ipsissima *verba* sunt nostri *Ven. Dei Famuli* in eodem exadversò allegato contextu *Summ. pag.* 204. *& seq.* §. 269. *ad* (ee) 272. (*ee*) & alibi sæpissimè.

105 Unde eò fortiùs *de eodem* Contemplationis *gradu* in ipso etiam Ven. Dei Famulo addubitare non debemus: cum & ipse *expressè* dixerit, id sibi *unicè* eve-

(ee) Ven: Dei Famuli contextus est ibi = *ista persona tam fervidis affectibus languet salutis animarum, ut sibi evenerit, quod raptus in spiritu se repererit quodammodo cum quibusvis personis, quæ sunt in Mundo, uno eodemque puncto temporis, toto spiritu cum singulis, & toto cum omnibus tractando* (ita enim vertendum ex Originali Hispanico, ubi *todo* dicitur *in genere masculino*, adeoque relatè ad *spiritum*, non ad *personam*, quæ *toda* diceretur *in genere fæminino*, ut patet) *cum singulis in spiritu, & cum omnibus eodem tempore tractando cum eis de brevitate vitæ, de pœnis Inferni, de Gloria, de infinita bonitate Dei, & quod meretur amari infinite, procurando ab omnibus cæcitatis tenebras expellere, ad hoc ut omnes serviant Deo, & salventur. Est ita ingens dolor, & angustia, quibus affligitur ista persona, dum desiderat salutem omnium animarum, quod si, quando hæc cogitat, Deus non averteret ipsum ab ista cogitatione, cresceret istud tormentum angustiæ, & mæstitiæ intantùm, quod esset sufficiens ipsum ab hac vita revocare. Cum enim Deus huic personæ communicaverit aliquid, & causas, propter quas meretur quod sibi serviamus, & quod summopere debemus ei servire, summo desiderat desiderio, quod omnes de Mundo illi ex corde serviant. Similiter cum Deus dederit huic personæ aliquam cognitionem & sensum horribilium, & tremendorum tormentorum æternorum Inferni, summopere dolet, quod aliquis condemnetur, & desiderat quod omnes salventur. Et similiter cum habeat aliquam cognitionem gloriæ, desiderat, quod omnes fruantur Deo, quamvis ipse teneretur pati omnes pœnas Inferni, toto tempore quo Deo placeres*

eveniſſe *rapto* IN SPIRITU, & non abſolutè *cum omnibus perſonis exiſtentibus in Mundo*, ſed cum adjecta modificativa particula, COMO, ut in originali Hiſpanico, ibi = *Se hallò en eſpiritu como con quantas perſonas ay en el mundo*. Id quod etſi ipſi quoque mirum accidit, undè ſtatim ad Confeſſarium accurrit *ſtupefactus*, uti refert P. Torrens *Summ. pag. 39. §.40.*, & alter ejus Confeſſarius P. Matthæus Marymon *in cit. vit. lib. 4. §.16. fol.436. terg. & ſeq.* ubi ait, quod tunc Servus Dei = *trovoſſi in ſpirito*, COME IN COMPAGNIA *di quante perſone ſi trovano nel Mondo nell'iſteſſo tempo*; & quòd = *Interrogato* (Servus Dei) *come le foſſe ſtata rappreſentata tal coſa, riſpoſe, che egli non ſapeva come poteva eſſere, ne mai aveva penſato ch'un iſteſſo poteſſe ſtare in tutte, e molte parti nell'iſteſſo punto, però in quel caſo ſi era trovato* REALMENTE IN SPIRITO CON TUTTI, MA NON SAPEVA COME. Adhuc tamen idipſum pari modo, ac de S. Benedicto ut ſupra retulit S. Gregorius, intelligere datum eſt, ut nimirùm *ſub uno veluti ſolis radio collecti* homines ei *divinitùs* fuerint *oſtenſi*; ideoque optimè potuerit veluti *præſens omnibus* adeſſe ejus SPIRITUS = *en un punto y tiempo, todo en todas* TRATANDO, *con cadauna por ſi* EN ESPIRITU, *y con todas en un miſmo tiempo*; abſque eo quod idcircò de aliqua forſitan *immenſitate ſpiritus* ſollicitari debeamus; quia, uti magiſtraliter de S. Benedicto ſuperiùs dixit S. Gregorius = ANIMÆ VIDENTI CREATOREM ANGUSTA EST OMNIS CREATURA; nam ipſa LUCE VISIONIS INTIMÆ *mentis laxatur ſinus*, TANTUMQUE EXPANDITUR IN DEO; unde ſic porrò *animus dilatatus*, & IN DEO RAPTUS, VIDERE SINE DIFFICULTATE POTUIT OMNE QUOD INFRA DEUM EST.

106 „ Quod autem ad *alteram* contrariæ *dubitationis* partem attinet, quæ *me-* „ *ritum* reſpicit *cit. Animad. num.43.*; obſervandum *in Facto* eſt, non *limitatè* ad ſolos actus, ſeu *deſideria* concepta in actuali *contemplatione*, loqui Dei Famulum, ſed *illimitatè* etiam *de aliis* in corde *jugiter* habitis *die ac nocte*;

---

ret cum Dei gratia; & iſtud plurimi faceret quoad ipſam, ad hoc ut nemo offenderet Divinam Majeſtatem, neque aliquis condemnaretur; cumque hæc perſona ſummo deſiderio deſideraret prædicare omnibus hominibus totius Mundi, ad hoc ut ſervirent Deo, cum magno deſiderio eorum ſalutis, & non condemnarentur, fuit eidem reſponſum, quod conſequeretur meritum pro præmiſſis debitum, & ſuorum bonorum, & tam perfectorum deſideriorum, perinde ac ſi reipſa feciſſet, & operatus fuiſſet.

Ita enim legitur in Originali Hiſpanico, ibi = *Es eſta perſona tan fervoroſa en el deſeo de la ſalvacion de las almas, que le acontece, que ſe hallò en eſpiritu, como con quantas perſonas ay en el Mundo, en un punto, y tiempo todo en cadauna, y todo en todas tratando, con cadauna por ſi en eſpiritu, y con todas en un miſmo tiempo tratandolas de la brevedad de la vida, y de las penas del Infierno, y de la Gloria, y de la bondad infinita de Dios, y de lo mucho, que merece infinitamente ſer ſervida, deſenganandolos paraque todos ſirvan a Dios, y ſe ſalven. Es tan grande la compaſſion, y anſia que padece eſta perſona con el deſeo de la ſalvacion de las almas, que ſi Dios no le divirtieſe en penſar por entonces en otras buenas coſas, creceria eſte tormento de compaſſion tanto, que baſtaria a quitarle la vida. Porque como Dios le a communicado algo de lo que Dios merece ſer ſervido, y lo mucho que ſe le devemos, deſea con ſumo deſeo, que todo el mundo le ſirva muy de veras; y como Dios le a dado algun conocimiento, y ſentimiento de los horribles y eſpantoſos tormentos, y eternos del Infierno, tiene gran compaſſion, como de muerte, deſeando que todos ſe ſalven, y que ninguno ſe condene; y como tiene tambien algun conocimiento de la gloria, deſea que todos gozen de Dios, aunque a el le huvieſſe de coſtar el padecer las penas del Infierno, todo el tiempo que Dios querrà, con ſu gracia, teniendo eſta para el por gran merced, porque ſu Mageſtad no ſea ofendida, ni ninguno condenado: y como ſe hallaſe eſta perſona con tan grande deſeo de predicar a todos los hombres del Mundo deſenganandolos porque no ſe condenaſen, y ſirvieſen a Dios con gran deſeo de ſu ſalvacion, le fue advertido, que tenria el merito dello, y de ſus buenos y tan grandes deſeos, como ſi lo huvieſe hecho, y pueſto por obra.*

noſte. Certè, ſiquidem poſt abſolutam deſcriptionem præfatæ contemplationis, *ſeorſim*, ac *generatim* ipſe ſubdit DE FACTO PROPRIO, in ſuo contextu *cit. Sum. pag.*204. *§.*270. *ad* 272., *ut ſupra in not.* (*ee*). ibi = *Eſt ita ingens dolor, & anguſtia, quibus affligitur iſta perſona dum deſiderat ſalutem omnium animarum, quod ſi, quando hæc cogitat, Deus non averteret ipſum ab iſta cogitatione &c., eſſet ſufficiens ipſum ab hac vita revocare. Cum enim Deus huic perſonæ communicaverit aliquid, & cauſas, propter quas meretur quod ſibi ſerviamus, & quod ſummoperè debemus ei ſervire, ſummo deſiderat deſiderio, quod omnes de Mundo illi ex corde ſerviant; Et ſimiliter cum Deus dederit huic perſonæ aliquam cognitionem, & ſenſum horribilium, & tremendorum tormentorum æternorum Inferni, ſummopere dolet quod aliquis condemnetur, & deſiderat, quod omnes ſalventur; Et ſimiliter cum habeat aliquam cognitionem Gloriæ, deſiderat, quod omnes fruantur Deo, quamvis ipſe teneretur pati omnes pœnas Inferni, toto tempore quo Deo placeret cum Divina gratia &c. Cumque hæc perſona ſummo deſiderio deſideraret prædicare omnibus hominibus totius mundi, ad hoc ut ſervirent Deo cum magno deſiderio eorum ſalutis, & non condemnarentur; fuit eidem reſponſum, quod conſequeretur meritum PRO PRÆMISSIS debitum, & SVORVM* BONORVM, *ET TAM PERFECTORVM DESIDERIORVM* [utique *omnium*, ut ſupra, *præmiſſorum*, nedùm *prædicandi*, ſed & multò magis *patiendi etiam omnes pœnas Inferni &c., ut omnes fruantur Deo &c., ut nemo Deum offenderet &c., neque aliquis condemnaretur*] *PERINDE AC SI REIPSA FECISSET, ET OPERATVS FVISSET.*.

107 Annon autem hæc omnia *ferventiſſima deſideria* Dei Famuli, ex *intima*, & perfectiſſima *charitate Dei* orta, & *a charitate* quodammodo etiam *ſuperlativa erga Proximum*, ſed *propter Deum*, non *meritoria* dicenda ſunt, & *maximè meritoria*? Annon certiſſimum, & vulgatiſſimum apud Theologos proloquium eſt, quod = *voluntas pro facto apud Deum reputatur*? Annon idcircò, ob martyrii *deſiderium*, de S. Martino Turonenſi Epiſcopo ipſa etiam canit Eccleſia *die* 11. *Novemb.* = *O ſanctiſſima anima, quam etſi gladius perſecutoris non abſtulit, palmam tamen Martyrii non amiſit*? Annon itaque præfata omnia noſtri Ven. Dei Famuli *deſideria*, & ſignanter *patiendi etiam pœnas Inferni cum Divina gratia, ne aliquis condemnaretur, & omnes fruantur Deo*, tantò *majoris*, & *maximi meriti* dicenda ſunt, quantò illud magis *ad literam* in ipſo adimpletum novimus, quod divinitùs dictum eſt = *Majorem Charitatem nemo habet, quàm ut ANIMAM SVAM PONAT QVIS PRO AMICIS SVIS*?

Quare &c.

Dominicus Calabreſi Advoc.

Joſeph Luna.

REVISA.

Joannes Prunettus Sub-Promotor Fidei.